ra: omnes arbores alie creature: ⁊ noīatim ex
primitur ficulnea propter humane nature di
gnitatem cum ꝓducunt iam ex ſe. ſ. explicite
ſapientia diuina facere fructum. ſ. dignuȝ pe
nitentie appropinquat regnum celoꝝ. vnde
penitentiaȝ agite. Amen dico vobis non pre
teribit generatio hec. Non generatio carna/
lium. qꝛ nec ſunt filij: nec heredes: ſed gene/
ratio que eſt per ſpirituȝ: que fit per ſacramen
tum: donec oīa fiant ⁊ donec veniat genera/
tio dei. Matth.13. In generatione ⁊c̄. Ce/
lum ⁊ terra tranſibunt. i. iuſti tranſibunt de
gratia ad gloriam per virtutum operationem
⁊ terra. i. peccatores tranſibunt de peccatis
ad grãm per penitētiam. Uerba aūt mea. ſ.
predicationis ⁊ veritatis nō tranſibunt a ve/
ritatis ꝓmiſſione: ſed perficient veſtrā ſpem
in eterna fruitione.

Secunda pars.

c Irca ſcđam partem que eſt de ad/
uentu in mentem: eſt notanduȝ ꝙ
propter iudicium qđ intra nos eſt
celebranduȝ: eſt nobis neceſſariuȝ ꝙ xp̄s ad
ueniens in mētem per gratiā nobis aſſiſtat.
❡ Duplex eſt iudicium. ſ. exinanitionis: ⁊
diſcretionis. Pſal. Beati qui cuſtodiunt iu/
dicium ⁊c̄. Habemus enim intra nos ad/
uerſarios iugiter litigantes. Ad galathas.5.
Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpirituȝ: ⁊ ecōuerſo
❡ Unde hic primo videndū eſt de allegatio/
nibus ſpiritꝰ. ❡ Scđo de allegationibuſ car
nis. ❡ Tertio qs iudex ⁊ quō facit iuſtitiam
❡ Primo allegat ſpiritus cōtra carneȝ pec/
catum eſſe fugiendū triplici ratione. ❡ Pri
ma propter turpitudinem: quia delet imagi/
nem dei: ⁊ facit hominem brutum. vnde tre/
noruȝ.3. Denigrata eſt facies eius ſuper car
bones. Pſal. Homo cuȝ in honore eēt ⁊c̄.
❡ Scđa eſt ꝓpter ſterilitatem ⁊ damnuȝ: qꝛ
nihil confert: ⁊ multa bona aufert. Ro.6°.
Quem fructum habuiſtis: in qbus nunc eru
beſcitis? Et Luc.15°. dicitur. De illo q in/
cidit in latrones ꝙ expoliauerūt euȝ ⁊c̄. ſ. gra
tuitis ⁊ vulnerauerunt eum in naturalibus.
❡ Tertia eſt propter penam: qꝛ propter mo
mentaneaȝ delectationē reddit̃ pena eterna.
vnde qdam ait. Quod cito preterit: quod in
eternum cruciabit. Et mirum eſt: qꝛ vix ali
quis tantam delectationem in aliquo peccato
habet: cum multo maiorem habeat penaȝ in
modica febre: ⁊ preter hanc expectat penam
eternaȝ. vnde petit ſapiens eccl̃iaſtici.33°.
Auſer a me ꝯcupiſcentiam ventris ⁊ concu/
bitus. Habet aūt aduocatuȝ ſpiritum ſanctuȝ
qui vt dicit̃ Ro.8. interpellat pro nobis ge/
mitibus inenarrabilibꝰ. i. interpellare facit.
❡ Econtra allegat caro aduerſus ſpiritum
eſſe manēdum in delitijs ⁊ alijs oblectamen
tis vſqȝ ad ſeniuȝ: ⁊ ꝙ tunc peniteat. Iſta ra
tio eſt falſa: qꝛ ſicut in foro plures inueniun
tur pelles agnorum q̄ȝ arietum: ita frequen/
ter citius moriunt̃ iuuenes q̄ȝ ſenes. ❡ Se
cundo qꝛ preſumit recuperare in poſterū per

¶ Dominica ſecunda aduentus. Sermo de epiſtola.

q

Quecunque ſcripta ſunt ꝛc. Ro.15°. Secundū ꝙ docet Yſidorus. Homo eſt aīal dei forme māſuetū in natura ſm leges ratiōis diſciplīne ſuſceptibile diuinā habēs imaginē in potentia cognoſcendi: ꝛ in potētia diligēdi ſimilitudinem. Sed qꝛ ſm Aug. Nihil poteſt diligi niſi cognoſcat: ideo vt dictum eſt: cum ſit aīal ſuſceptibile diſcipline: opꝫ ad hec vt actu diligat: vt in cognitionē diligibiliū ꝑ doctrinales diſciplinas inducat: ſed qꝛ nihil eſt diligibile: niſi ratiōe boni. ¶ Unde primū diligibile eſt ipſū ſūmū bonum. In cuius notitiam ſolū illa doctrinalis ſciētia inducit: cuius ſcire eſt ꝯphenſio eius: qd imutabiliter eſt. ſ. in eſſendo ꝛ cauſando. Et hoc ē ſimplr: ꝛ maxime ꝓprie ſcire cauſā rei imutabilē. Et iō reſpectu hui⁹ ſcie alios modos ſciēdi Ariſto. ſophiſtos vocat. Unde ꝗcquid in alijs ſciētijs inuenitur: veritati huius doctrine repugnās totū ꝯdēnatur vt falſū. Huius ſciētie verus doctor eſt: q mentē illuminat: ꝛ veritatē oſtēdit. Ad hanc aūt doctrinā in epiſtola hortatur dicēs. Quecūqꝫ ſcripta ſunt ꝛc. Ubi circa totum in generali pono ſex conſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

c

Irca primā cōſiderationē: que eſt de eius neceſſaria reuelatione. Cum dicitur. Noſtra doctrina: ſunt due concluſiones. ¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ neceſſariū fuit ad humanā ſalutē eſſe doctrinā quandā: ſm reuelationē diuinā. Cuius ratio eſt. Nā qñ aliquid ordinatur ad finē: ſm rationē finis que ꝯprehēſionē humane rationis excedit: ſm illud Yſa.64°. Oculus nō vidit ꝛc. Opꝫ finē eſſe precognitum hoibus: qui ſuas intentiones ꝛ actiōes debēt ordinare in finē. Unde neceſſariū fuit homini ad ſalutē: ꝙ ei nota fierent quedā per reuelationem diuinam: que reuelationē humanā excedāt. Tota enim ſalus hoīs que in deo eſt: dependet a cognitiōe huius veritatis: ſcilicet ſciētie ꝛ doctrine. Ut igitur ſalus hoibus ꝛ cōius ꝛ citius ꝛ ſecuri⁹ ꝓueniat propter indigentiā noſtrā: ꝛ excellentiam eius: neceſſarium erat reuelari.

¶ Secunda ꝯclō eſt: ꝙ lꝫ ea que ſunt ſupra cognitionē humanā non ſint ab hoīe inquirenda: ſunt tñ a deo reuelata ſuſcipiēda per fidem: cuius eſt hec doctrina: tū ꝓpter certitudinē: tū propter finis nobilitatē. Nam alie ſciētie habent certitudinē ex naturali lumine ratiōis: que poteſt errare: qꝛ procedūt ex principijs notis lumīe naturalis itellectus. Hec autē habet certitudinē ex lumine diuine ſcie: que decipi non poteſt: qꝛ ꝓcedit ex principijs notificatis a deo: ꝛ ideo dicitur ſciētia dei ꝛ beatoꝝ. ¶ Itē alie ſcientie conſtituunt ſibi finē tranſitoriū. Hec aūt finis eſt ꝛ beatitudo eterna: ad quā ſicut ad vltimū finē ordinatur: ꝛ ideo dicitur doctrīa noſtra: eo ꝙ ordinat nos in noſtram ſalutem. Unde dicitur ꝑmo Petri.2°. Spiritu ſancto inſpirati: locuti ſunt ſancti dei.

Secunda ꝯſideratio.

c

Irca ſecundam ꝯſiderationē: que eſt de eius dignatiuo auctore: cū dicitur Scripta ſūt. Ubi ſunt due ꝯclōnes. ¶ Prima ꝯcluſio eſt: ꝙ ſacra ſcriptura eſt ſūme auctoritatis: ꝛ ideo ſūme eſt ſibi adherēdū qꝛ a deo reuelata nihil ꝯtinent falſitatis. Uñ Aug. ad Hiero. in epl'a dicit: ꝙ ſi in diuinis ſcripturis manifeſtū admittat mēdaciū vel iocoſū totū erit ſuſpectū. Unde cū duplex ſit argumentatio: ſcilicet ex auctoritate: ꝛ ex ratione: argumentari tñ ex auctoritate maxime eſt propriū huius doctrine: que ꝑ reuelatiōes habetur. Unde oportet ꝙ oſtendatur auctoritate eoꝝ quibus reuelatū eſt: vnde lꝫ locus ab auctoritate ꝗ fundat ſup reuelationē humanā ſit infirmiſſimus. Locus tñ ab auctoritate ꝗ fundat ſup reuelatione dīna: eſt efficaciſſim⁹. ¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ ſacra ſcriptura quandoqꝫ etiam vtitur ratione humana: non quidem ad probandū fidem: ſed ad maniſeſtandū. Ratio eſt qꝛ cū gratia nō tollat naturā: ſed perficit: oportet ꝙ naturalis ſubſeruiat fidei: ſicut naturalis inclinatio volūtatis caritati. Primo corin. 10. In captiuitate redigentes oēm intellectū in obſequiū chriſti: ꝛ ideo etiam ſacra ſcriptura vna exiſtens extendit ſe ad ea que ſunt diuerſaꝝ ſcientiaꝝ ꝓpter rationē ꝯmunē quā in diuerſis attendit: ſcilicet prout ſunt diuino lumine cognoſcibilia: ꝛ ideo etiam ſcientie dicuntur ancille eius. Prouerbiorum.9. Miſit ancillas eius vocare ad arcem.

Tertia conſideratio.

c Irca tertiaȝ cōſiderationem: que eſt de aliarum ſcientiarum ſuffragatiōe: cum dicitur. Quecunque ſcripta ſunt Ubi tranſeo de duabus concluſionibus

Quarta conſideratio.

c Irca quartaȝ cōſiderationem: que eſt de eius vtilitatis exhibitione. cuȝ dicitur: Ut per patientiā ꝛ cōſolationeȝ ꝛc. Ubi ſunt alique concluſiones.

¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ hec ſacra doctrina: licȝ conferat nobis multiplicem vtilitatem. Tres tamen nobis hinc exprimūtur. ¶ Prima eſt patientia contra anguſtias malitie. ¶ Secūda eſt cōſolatio ꝯtra incolatuȝ huius miſerie. ¶ Tertia eſt ſpes contra dilationē patrie dicens. Ut per patientiaȝ ꝛ cōſolationeȝ ſcripturaꝝ ſpem habeamus. q. d. ſm glo. Ut ꝑ patientiaȝ aduerſoꝝ ex libris edoctā: in quibus nobis oſtēduntur exempla patiētie. Jac. vltimo. Exemplū accipite fratres laboris ꝛ patientie ꝓphetarum: ꝛ ꝯſolationeȝ ſcripturaꝝ Conſolant̄. n. nos in incolatu huius miſerie 1. machabeo. 12. Habentes ſolatia libros ſanctos. ꝛc. Spem habeamus. Spes. n. ex promiſſionibus ſcripturaꝝ ꝯcipitur. Pſal. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpē dediſti. Qꝺ aūt patientia ſit nobis neceſſaria ꝛ vtilis pȝ. Nam virtutes morales ordinant̄ in bonum: inquantū conſeruant bonuȝ rationis cōtra impetum paſſionū. Inter alias autē paſſiones triſtitia efficax eſt ad impediendū bonum rationis. Scḋo corin. 7. Seculi triſtitia mortē operatur. Unde neceſſe eſt habere virtutem aliquā: per quam bonū rationis ꝯſeruetur cōtra triſtitiā: ne ſuccūbat. Hoc facit patientia. Unde patientia deſcribit̄ in prima rethorica. Patientia eſt vtilitatis ꝛ honeſtatis cauſa reꝝ arduaruȝ ꝛ terribiliū voluntaria ꝛ diuturna ꝑpeſſio. i. ne in turbatōe triſtitie aīo iniquo bona deſeramus: ꝑ que ad meliora perueniamus. Hanc ꝯfert nobis ſacra ſcriptura. vnde ꝓuer. 19. Doctrina viri per patientiam naſcit̄. Qꝺ etiam ꝯſolatio ſit nobis vtilis: pȝ. Nam cum beatitudo ſit p̄miuȝ virtutum: ſolum adipiſcit̄ per exercitiū virtutuȝ Hoc aūt exercitium per multitudinē turbationum ꝛ dolorum fruſtratur: ſm illud pſalmi. Dolores inferni circondederūt me: preoccupauerunt me laquei mortis. Et ideo neceſſaria eſt multum conſolatio ſpiritualis: que auffert hos dolores. vnde in pſal. dicitur. Scḋȝ dolorum meorum ꝯſolationes tue ꝛc. Glo. Multi ſunt dolores ꝛ amari: ſed multe conſolationes ꝛ ſuaues nō deſunt laboranti. Et he ꝯſolationes ſunt in corde meo. Per hoc ſalubres cogitationes ſignans: vt cum eternas retributiones in ſcriptura ꝓmiſſas cogitares mala tp̄alia deſpiceres. Hec aūt conſolatio effectus eſt ſacre ſcripture. vnde Hugo de ſancto victore. Sacra ſcriptura eſt nobis pro mō vie omnia in oībus. Nam quecunqȝ deſiderari poſſunt: in omni neceſſitate ſolatiū p̄ſtat pro varietate: vt morborū varia medicamenta miniſtrat: tribulatos ꝯfortat: temptatos ſuſtentat: pauperes beatificat: leſos ſanat: tenebroſos illuminat: errantes reuocat: humiliatos ſubleuat: inſolentes humiliat. Ibi ſunt p̄cepta dn̄i que faciamus: ibi conſilia que eligamus: ibi futura que fugiamus: ibi temptamēta que caueamus: ibi exempla que ſequamur: ibi premia que ſperemus: ibi pene quas vitemus: ibi ſancta incitamēta ne in via huius vite torpeamus. Qꝺ etiaȝ ſpes ſit nobis vtilis patet. Naȝ cum finis vltimus tranſcendat facultatem humane nature: eo ꝙ ex puris naturalibus acquiri non pōt: ſi abſqȝ doctrina verbi dei relicta fuiſſet: deſperaret hunc finem ſe poſſe obtinere. Ideo vt per ſpem tenderet in bonum arduuȝ: vt poſſibile acquiri doctrina fidei reuelata ſanctis: ꝛ exemplificata: ꝛ edocta erat neceſſaria. vnde Yſidorus de ſummo bono dicit. Ob hanc vtilitatem ſcribuntur ſanctoꝝ ruine ꝛ reparationes: vt ſpem faciant ſalutis humane: ne quiſqȝ poſt lapſum penitendo: deſperet veniam: dum ꝯſpicit ſanctorum reparationē fuiſſe etiam poſt ruinam Spes p̄ncipaliter reſpicit beatitudinē eternā Et ideo nulla alia bona debemꝰ petere a deo niſi in ordine ad illam. Deus. n. illam cōfert nobis ex ſui potentia ꝛ mīa: cui etiaȝ ſpes p̄ncipaliter innitit̄. Et ideo ꝙ aliqui hn̄tes ſpem deficiant a ꝯſecutione: hoc cōtingit ex defectu liberi arbitrij: ponētis obſtaculuȝ peccati: nō autem ex defectu diuine oīpotentie. vnde ex hoc non preiudicat certitudini ſpei: cum ſpes ſit certa expectatio future btitudinis: vt elicit̄ ex. 2. thi. 2°. Scio cui credidi: ꝛ certus ſum. ¶ Scḋa concluſio eſt: ꝙ qꝛ virtutes morales

non inſint nobis a nā ſaltem ↄſumatiue: licet bene inſint nobis diſpoſitiue Deus tamen ſicut nobis ↄfert diſpoſitionez ad virtutes: ſic operatur in nobis habitum virtutuz: ſm illō apoſtoli ad philip. Deus qui operatur in nobis velle ⁊ perficere. ¶ Nota q̃ ſeptem ſunt diſpoſitiones ad virtutes nobis a deo collatas: quas apoſtolus ponit hic in epiſtola.

¶ Prima eſt lumen fidei: quo mens illuſtratur virtute eoꝝ: que ad ſalutē requirunt. vnde lȝ intellectus noſter ſufficienter intelligat ea que ſunt ſub ſua facultate: indiget tamē lumine fidei in hijs que excedunt naturalē cognitionem. vnde dicit. Deus aūt patientie ⁊ ſolatij: quaſi dicat q̃ deus ↄferens nobis hec dona. ſ. patientiam in aduerſis: ⁊ ſpiritualez ↄſolationez etiam dat nobis diſpoſitiones ad has. Quarum vna eſt lumen fidei. vnde additur. Det vobis id ipſum ſapere ſm veritatem ſalutis per lumen fidei. ¶ Scđa eſt caritas: que ſine operibus ſufficiens eſt in merēdo: ſm Augm. vnde addit. In alterutrū ſm ihm xp̄z: de quo Grego. in omelia. Nemo eiȝ ꝓprie ad ſeipſum habere caritatē dicit: ſed dilectionē in alteꝝ tendit: vt eſſe caritas poſſit Et ideo dicit ſm ihm xp̄m: q̃ caritas proprie debet habere reſpectum ad deum ⁊ ad ea q̄ ordinant ad deum. vnde Grego. Ille veracit caritatem habet: q ⁊ amicuȝ diligit in deū ⁊c. ¶ Tertia eſt vnitas mentium: ad quam cum ſumma diligētia hortatur nos apl's dicens. Soliciti ſeruare vnitatez ſpiritus in vinculo pacis. vnde additur. Vt vnanimes. Seruatur autē hec vnitas duobus modis. ſ. ad ſe: ⁊ ad proximū. Ad ſeipſum per integritatem. Ad proximum per ↄformitatem. Ratio eſt. Omnis qppe creatura dȝ ſuum ꝑncipiuȝ imitari. ¶ Cum igit deus noſter ſit vnus ⁊ idē ac in ſeipſo ꝑfecte: nec vllo indigens: ineſt ei benignitas erga nos ⁊ amor ex beniuolentia in nos veniēs: debemus ⁊ nos q̄ſqȝ ſibi vnꝰ eſſe per integritatem virtutis: ⁊ vnum cum ꝓximis per vinculum dilectionis. ¶ Quarta eſt recta locutio. Ratio eſt: quia nihil ita eneruat virtutē diaboli: ſicut lingua recte loq̄ns. Canti. 4. Labia mea deteſtabuntur impium vnde ille recte loq̄tur: qui nec cupiditate: nec metu vel ignorantia ꝓhibetur ad laudem dei ⁊ edificationē ꝓximi bonos ↄfortare: impios damnare: trāſgreſſores arguere. vnde pſal. Dn̄e labia mea apies ⁊c. Et hoc eſt qđ dicit vno ore. ſ. intentionem cordis ⁊ laudez oris diuine voluntati vniendo. ¶ Quinta eſt intentio pura. Hec. n. in omni actione ſua: aut honorem dei: aut vtilitatē proximi pretendit. vnde dicit. Ut honorificetis deuȝ. Tunc. n. deum honoramus: cum ↄuertimur ad chriſtū per gratiaꝝ actionem: tanq̄ȝ ab ipſo beneficiati. ⁊ etiam per vocez laudis. ſ. vocaliter beneficia in deum referēdo. De quo pſal. Sacrificium laudis ⁊c. cōtra illos: qui beneficia dei ꝓ ſuis meritis accepiſſe putant: q̄bus nō immerito aliquando beneficia ſubtrahuntur. ¶ Sexta eſt filialis ſubiectio per ꝑmam imitationem. vnde dicit. Et patrem dn̄i noſtri ieſu chriſti. Sunt. n. duplices filij xp̄i. ſ. penitentes ⁊ inocentes: q̄ imitant patrem xp̄m. ¶ Primuȝ pȝ de penitentibus. Hij ſunt filij: q imitantes xp̄m: carnem ſuam crucifigūt cum vitijs ⁊ ↄcupiſcentijs. In cuius figura ſup xp̄m trāſfiguratum vox patris audita eſt Hic eſt filius meus. vt ſic etiaȝ aīa trāſfigurata ꝑ pn̄iam ſit filius dei. ¶ Innocētes etiā dn̄tur filij dei: q̄ ꝑdeſtinati ſunt ad vitā eternam. vn̄ dicunt filij dei ꝑ adoptionis gratiā: inquantum deus dat eis ex gratia ius percipiende hereditatis ſue: quibus per naturam nō competit. ⁊ ideo dn̄tur ſpiritual'r filij dei. ¶ Septima eſt fraterna honorificentia: q̄ exhibetur alicui in ꝓſtationē excellēt e alicuꝰ bonitatis. vnde lȝ oēs ſe inuicem iubent honore ꝑuenire: interdum tn̄ priuate ꝑſone honorantur: nō ꝓpter aliquem gradū dignitatꝭ ſed ꝓpter excellentiā virtutū. Licet. n. hoc cōſiſtit in pluribus obſeq̄is exhibendis: maxima tn̄ in hoſpitalitate: q̄ nobis ē multū vtilis Primo. n. nos ad cognitionem dei ꝑparat: vt pȝ de duobꝰ diſcipulis eūtibus in emaus: q xp̄m in hoſpitio cognouerunt: ad qđ euȝ inuitauerunt. Luc. vlti. ¶ Scđo a malo preſeruat: vt patet in Raab: que nuncios recepit. ¶ Tertio temporalia multiplicat: vt patet in vidua: que Helyam hoſpitio recepit. Et ideo farina ⁊ oleuȝ non defecerunt. 3. regum. 17. ¶ Item deum meretur recipere. Matth. 6. Qui vos recipit: me recipit. ¶ Item beniuolentia dei impetrat. Hebre. 23. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim multi placuerunt deo. ¶ Item eternam gloriaȝ meretur. Matth. 25. Hoſpes fui: ⁊ collegiſtis me ⁊c. Ideo dicit. Suſtinete inuicem. ſ. neceſſitatibus proximi: ſubueniendo ſcilicet

ex caritate: qꝛ ſic ſuſcipit nos xp̄s.ſ.acceptando meritū in honorem dei.ſ. vt in nobis honorificetur deus.i. vt honoꝛ proximo exhibitus: ad honorem dei referatur.

Quinta ꝯſideratio.

q Uinta ꝯſideratio eſt de eius confirmatione: cum dicit̃. Dico enim ihm xp̄m. vbi ſunt due concluſiones.

¶ Prima eſt ꝙ intẽtio ſacre ſcripture eſt: vt per lectionis exhoꝛtationē intelligat̃ ipſa ad ſcientiã: ⁊ per operis exhibitionẽ ꝯuertat̃ ad iuſtitiam. Legitur tñ ſacra ſcriptura diuerſimode a diuerſis. Nam aliq legunt: vt ſciant ⁊ noua ingrant. ⁊ hec curioſitas eſt. Alij vt ſciantur. ⁊ hec vanitas eſt. Alij vt vendant. ⁊ hec ſymonia eſt. Alij vt edificent̃. ⁊ hec cautela eſt. Alij vt edificẽt. ⁊ hec caritas eſt. Qui autem in ſacra ſcriptura ſciaꝫ querunt: vt que mundi ſunt: obtineant. Eoꝝ intẽtio q̃ꝫto peruerſioꝛ: tanto miſerabilioꝛ eſt. Illi vero per oẽm moduꝫ laudandi ſunt: q ideo ſacraꝫ ſcripturaꝫ adiſcunt: vt parati ſint facere ⁊ docere que audierint: ⁊ veritatẽ reddere de fide: ⁊ vt indoctos erudiant. ⁊ eo quo altius ſecreta dei nouerint: arctius deum ament. vnde Hugo de ſancto Uictoꝛe. Finis ſacre ſcripture eſt diligere deum: ⁊ mãdata eius cuſtodire. Finis enim legis xp̄s eſt. finis p̃cepti caritas eſt.

¶ Scd̃a ꝯcluſio eſt ꝙ cuꝫ laus ꝓpꝛia ſit teſtificatio alicuius de bonitate in oꝛdine ad fineꝫ ſicut laudamus bene op̃antem ꝓpter finem. Multum laudandus eſt xp̄s: qꝛ non ſolum hanc doctrinã inſtituit: ſed ad eius ꝯfirmationem diuerſas rões induxit ad gratiaꝝ actiones. ⁊ hoc eſt qď dicit. Dico.i. inſinuo vobis ad veſtram ſalutẽ xp̄m fuiſſe miniſtꝝ.i. inſtitutoꝛem ſacre doctrine. Circõciſionis.i. eoꝝ que ſpiritual̃r per ꝯtritioneꝫ: cõfeſſioneꝫ ⁊ ſatiſfactionem: circoncidunt̃ in ꝯſcia a ſoꝛdibuſ peccatoꝝ: ꝓpter veritateꝫ dei.i. doctrinaꝫ ſacram a deo infuſam ad ꝯfirmanduꝫ ꝓmiſſiones patrum. ⁊ ſic ſpiritual̃r circõciſoꝝ: qꝛ talibus ꝓmittitur vita eterna. In remiſſioneꝫ quam iam receperũt: vt ſic in ꝓmiſſoꝛum impletione ſe oſtẽderet eſſe veracẽ. Ex hijs pꝫ ꝙ nõ reppulit iudeos: q̄bus pꝛopꝛie veritas exhibita eſt. gentibus vero miſericoꝛdia p̄ſtita eſt: quibus nulla ꝓmiſſio facta eſt. Et ideo dico ⁊ adduco gẽtes debere honoꝛare deum ſuper miſericoꝛdia.i. de mia ꝯtra eas: nõ eis ꝓmiſſus: nec ad eas miſſus: ſꝫ Augu. ſuſcepit tñ. ¶ Ad ꝯfirmationem huius adducit ꝓbationem: ſicut ſcriptũ eſt. Confirmans de gentibus ꝙ aſſumpte ſunt ꝑ miam: de quib⁹ minus videt̃. Propterea ꝯfiteboꝛ tibi in gẽtibus.i. faciã tibi ꝯfiteri in gentibus voce laudando. Et nomini tuo cantabo. Coꝛde exultando.i. faciam cantãtes tibi canticũ nouum ⁊ cum letitia te laudantes. Et iteꝝ Yſa. dicit Letamini gentes: qꝛ aſſumpte eſtis: vt ſitis vnum ouile cum plebe eius: ⁊ cum ſpiritu aliter circõciſis. Et iteꝝ. Laudate eum oẽs gentes. Barbaree gre. ⁊ lati. Cum q̄bus ⁊ oẽs populi.I.ibi.ſꝫ glo. Tribus magnificate eũ qui adduxit numerum plebis ſue. Et rurſus Yſa. ait ca.xj. Erit radix yeſſe: qui fuit pater dauid. Et dicit̃ radix: quia ſicut radix latet in terra: ⁊ nõ apparet ſuper terrã: ſed qď ex radice ꝓcedit. ſic yeſſe latuit ſub terra: qꝛ non fuit rex: ſed hõ popularis. ſed ex ipſo reges ꝓceſſerunt. Huius radicis dauid arboꝛ fuit: qui per ramũ.i.ꝑ mariã fecit fructum.i. chꝛiſtũ. Et ex hac radice erit ille: q exurget a moꝛte regere gentes per fidem ⁊ opera. Et ideo gentes ſperabũt in eum. Geneſis vltimo. Ipſe erit expectatio gentium.

Sexta ꝯſideratio.

ſ Exta ꝯſideratio eſt de eius p̃miatione cum dicit̃. Deus aũt ſpei. vbi eſt vna ꝯcluſio: q̃ eſt ꝙ per ſacram doctrinam ꝯſequitur q̄s magnam remunerationem ꝓpter multiplicẽ ꝑfectionem. Nam per virtutuꝫ ꝑfectionem hõ acq̄rit eternaꝫ remunerationem. Sacra autẽ doctrina docet nos in virtutib⁹ exercere. vnde Hugo de ſancto Uictoꝛe. Sacra ſcriptura docet nos. ⁊ fruct⁹ eius eſt: qꝛ ⁊ mentẽ ſcientia erudit: ⁊ moꝛib⁹ oꝛnat: docet qď ſcire delectet: ⁊ quod imitari expedit: ꝯtemptum mũdi ſuadet ad amoꝛem cõditoꝛis inflãmat: docetq̃ꝫ qualiter virtutes debeant acq̄ri: ⁊ qualiter vitia valeant declinari. Et ideo ſancti doctoꝛes p̃deſtinati fuerunt nõ ſolum ad p̃mium: ſed etiam ad excellentem gradũ p̄emij. vnde dicit. Deus autẽ ſpei.i. datoꝛ ſpei replcat vos omni gaudio ſpirituali expectatione future remunerationis: ⁊ pace: ſine qua gaudium non eſt iocundũ ſcilicet per fidem: vt abundetis in ſpe.i. certioꝛes ſitis de vita habenda in virtute ſpiritus ſancti: id eſt bone operationis: quam dat ſpiritus ſanctus.

¶ Dñica ſcḋa aduẽtus. Sermo de euang°.

Johánes cũ audiſſet in vinculis opera
I chriſti: mittẽs duos de diſcipulis: ait illi ꝛc. Mat. xj°. Sicut vidimus ꝙ ad introductioneꝫ forme naturalis oꝫ mãm debitam diſponi. Hec autẽ diſpoſitio fit per prohibentium amotionem: ꝛ per mouentium adhib[illegible]nem. Sic reuera in ſpũalibus inuenit᷑: qꝛ ad hoc vt forma gratie diuine introducat᷑: oꝫ vt ipſa voluntas debite diſponat᷑. Hec aũt diſpoſitio fit per vitiorum extirpationem: ꝛ virtutum inſertionem. Qḋ quidem p̄tendens ſaluator: noſtre imaginationi tres cõſiderationes in euangelio iſto moraliter intellecto repreſentat.

¶ Prima ꝯſideratio eſt de debita diſpoſitione voluntatis ad gratie receptionẽ: qḋ notat᷑ in Johis vinculati diſcipuloꝝ miſſione. vñ dicit. Johes cuꝫ audiſſet in vinculis opa xp̄i.

¶ Scḋa ꝯſideratio eſt de ꝓuida extirpatiõe ꝛ hoc per gratie infuſionem: q̄ intelligit᷑ in ſaluatoris reſponſione: ibi. Euntes renunciate Johi q̄ audiſtis ꝛ vidiſtis. Ceci vidẽt. Claudi ambulant. Leproſi mundantur. Surdi audiunt. Mortui reſurgũt ꝛc. ¶ Tertia ꝯſideratio eſt de cõgrua perfectiõe volũtatis. ꝛ hᷓ p gratie inhabitationem: qḋ intelligit᷑ in Johe per ſaluatoris ꝯmendationem: ibi. Illis aũt abeũtib⁹: cepit ihs ad turbas dicere de Johe.

Prima ꝯſideratio.

Circa primam ꝯſiderationem eſt no-
c tandum ꝙ voluntas cum equaliter ſit ſubiectum gratie ꝛ peccati. ꝛ rõe nãlis inclinationis etiã infecta ſit peccato: opꝫ ꝙ reformet᷑ per gratiã: qꝛ peccatũ ꝛ gratia ratione ꝯtrarietatis nõ ſe cõpatiuntur in eodem ſed mutuo ſe expellunt. ¶ Hec ergo voluntatis reformatio initiari debuit per gratiã preuenientem: que quidem eſt inuitatiua ad bonum: quia eſt motus bone volũtatis: quo ds nos p̄uenit vt de ꝯgruo nos diſponamus ad recipiendũ xp̄m in mentem per gratiaꝫ. Qḋ autem hec receptio ſit nobis poſſibilis: pꝫ per btũm Aug. dicenteꝫ ꝙ beata virgo prius xp̄ꝫ mente concepit: q̄ꝫ carne. ſed aĩa virginis fuit eiuſdẽ ſpẽi cum aĩa nr̄a. Igit᷑ quicqd fuit ſibi poſſibile: ꝛ nobis. ſed tñ gratia mediãte: qꝛ in puris nãlibus ipſa volũtas non meret᷑: nec vitare pctũm põt. Quod pꝫ priore rõne: qꝛ nullum agens põt ꝓducere effectum excedenteꝫ ꝓpriam virtutem: niſi aſſit altior virtus. Sꝫ mereri eſt effectus excedens potentiã ꝛ virtutem voluntatis in puris nãlibus. Hunc ḡ effectuꝫ nõ potuit voluntas ꝓducere ſine virtute altiori. Hec aũt virtus eſt gratia: que eſt principium productiuum actus meritorij.

¶ Patet etiaꝫ ſcḋo: cum gratia ſit p̄n^m vite ſpũalis: qꝛ aĩa mortua peccatis: reuiuiſcit gr̄a. vnde gratia perficiens voluntatem: facit eius actus deo acceptos: ꝛ vita eterna dignos. vnde ꝯcordat apl's. Iuſtificati igit᷑ gratia ipſius: per fidem heredes ſimus: ſm ſpem ꝛc. Sed nunqd obligamur ad gr̄am hñdaꝫ: cuꝫ ſit donuꝫ ſupnaturale: ꝛ per ꝯſequens nõ eſt in poteſtate noſtra? ¶ Dicendũ ꝙ ſic: qꝛ lꝫ non eſt in ptãte noſtra: tñ deus ſic ordinauit: ꝙ eam diſponenti ſe daret. ſ. de ꝯgruo: nõ de neceſſitate: qꝛ cum voluntas diuina ſit infinita: ꝛ gr̄a creata finita: per eam neceſſitari non poteſt. vnde lꝫ ex inſtitutione diuina gratia hẽat rationem acceptationis: tñ deus poſſet actũ bonum acceptare ſine gratia: qꝛ iſte actus. ſ. acceptare eſt ipſum ordinare in vltimum finem ſcilicet vite eterne. Iſtud põt fieri vel mediãte gratia: que eſt hĩtus caritatis: queꝫ deus inſtituit eſſe rõnem acceptãdi: vel ſine tali hĩtu.

¶ Sufficit ḡ iſte ordo rõis. ſ. actum mõ ordinari ad vitam eternã: q ante nõ ordinabatur. Secus aũt eſt de peccato: qꝛ vt dictuꝫ eſt: propriuꝫ p̄n^m actus peccati eſt volũtas: qꝛ omne peccatum eſt voluntariũ: vt pꝫ per Augu. dicenteꝫ ꝙ nulla alia re ſit mens humana ſerua libidinis: niſi ꝓpria volũtate. Dicit᷑. n. ꝓpria ſm Ber. qꝛ nõ eſt cõis cuꝫ deo ꝛ hoĩbus: ſꝫ nr̄a tm̄: qñ qḋ facimus: nõ ad honorẽ dei: ꝛ nõ ad vtilitatẽ ꝓximi: ſed pp noſipſos facim⁹ nõ intendentes placere deo: ꝛ ꝓdeſſe ꝓximo

¶ Sed reuera huic ꝯ̄ria eſt caritas: ſine qua oĩa alia dona non ꝓducunt ad deum: ꝛ ipſa ſine alijs nos ꝓducit ad deum: ꝛ per quaꝫ tota nos inhbitat trinitas: ſm Augu. 15. de trini. vñ oꝫ vt hanc relinq̄ntes: ꝯformemus eaꝫ diuine voluntati: ꝛ hoc vinculo caritatis: qꝛ ſm Ber. voluntatẽ ꝓpriam relinquentes: nihil amittunt: immo lucrant᷑: cõmutantes illam in melius: vt cõis fiat que ꝓpria fuit: qꝛ cõmunis voluntas caritas eſt. Et ſic habet᷑ primuꝫ motiuum valens ad diſpõnem volũtatis: qḋ

eſt grē diue reformatio: qḋ notaṫ cum dicitur Jošes ꝗ interpretaṫ i quo eſt grā. Et ſignificat voluntatē gratia reformatā. Ideo ſequiṫ.
¶ Tertium qḋ regriṫ ad debitam mentis diſpōnem. ſ. humane volūtatis ad diuaꝫ ꝯfirmatiōnē ibi. In vinculis morabiṫ. Per vincula intelligiṫ ꝯfirmatio volūtatis noſtre ad diuaꝫ mediāte dilectiōe: q̄ eſt vinculuꝫ pfectionis: ſm aplm. Nos ḡ debem⁹ ꝯformare voluntatem noſtrā diue voluntati: qꝛ voluntas diua eſt regula effectuū ꝯtingentium: qꝛ regula appoſita regulabili: eius curuitatem manifeſtat Quia igiṫ noſtra volūtas pp inſtabilitatē eſt curua: oꝫ ad hȳ vt rectificeṫ qꝫ recte regule vniatur. Hoc aūt eſt diua volūtas: q̄ ſemp vniformiṫ regulat. vñ Aug. Impius eſt cui nō placet diua ꝓuidentia. vñ quicqd dei ꝓuidētia ordinat: tenemur velle. ¶ Sꝫ qualr hec ꝯformatio fieri debeat: eſt notandū: qꝫ hec cōformatio hꝫ duplicē reſpectū. Unum ad volūtatem nr̄am. Alium ad voluntatē dei. Si reſpicit ad voluntatē nr̄am: q̄ duplex eſt. ſ. ſenſualitatis ⁊ rōis. Si reſpicit pmam: ſic nō oꝫ fieri cōformatio: qꝛ iſta etiā in xp̄o remurmurauit paſſioni: qꝛ nō fuit ꝯformis voluntati diuine in volito. Sꝫ hic eſt vna dubitatio. An in appetitu ſenſitiuo chriſti fuit pctm̄: qꝛ nō erat ꝯformis volūtati diue in volito: qḋ videṫ peccatū eſſe. ¶ Dicendū qꝫ hr̄e voluntatem diffor meꝫ diue voluntati in volito: nō eſt peccatum: ſed hr̄e voluntatē diffor mē in forma volendi. verbi gratia. De⁹ vult patrē meum mori: ⁊ tñ vult me velle patrē meum nō mori Ecce qꝫ ego ſum diffor mis volūtati diuine in volito: ſed nō in forma volendi: qꝛ voluntas diuina volebat ptem ſenſitiuā appetere oppoſitum eius qḋ ipſe volebat. Sic eſt in ꝓpoſito qꝛ nō fuit impletuꝫ qḋ voluntas in xp̄o voluit vt nālis. qꝛ velle voluntatis vt naturalis non eſt niſi inclinatio ad ſuas pfectiones naturales ſibi ꝯuenientes. ſ. ad eſſe in corpore ꝓ aliquo tpe. ⁊ voluntas diua erat ad oppoſitum: vt non eſſet in corpore ꝓ aliquo tpe. ſic quandoqꝫ nō fuit impleta: vt pꝫ in orōne: qꝛ volūtate eliciente ſimplr voluit mori: vt cum dixit Fiat volūtas: nō mea: ſed tua: ſꝫ alia volūtate vt nā non: vt cuꝫ dixit. Mi pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte ⁊c. ¶ Alia eſt rōis ⁊ hec eſt duplex. Quedā eſt determinata ad vnum: vt eſt volūtas nālis. ⁊ ſic non eſt ꝯformis: qꝛ elicit actum ꝯformē inclinationi nāli ¶ Alia eſt indeterminata: vt volūtas deliberatiua ⁊ ꝯditionatā: ⁊ ſic tenemur. vel hec cōformatio reſpicit diuam voluntatem. ⁊ ħ vel q̄tum ad voluntatē ſigni ſic teneṫ ꝯformari: vt pꝫ de Abrahā. lꝫ ꝓceptum fuerit ſibi: vt filium ſuum imolaret: tñ voluit deus aliud: qꝛ aliud ſignificat qḋ volebat Abrahā velle. ſ. incarnatione: ſiue imolatione filij dei. vel reſpicit voluntateꝫ antecedentem: qꝛ ſic deus vult omnes hoīes ſaluos fieri: ſic ⁊ tu. vel reſpicit voluntatē ꝯñtem. ſic nō tenetur ꝯformari: qꝛ voluntate ꝯñte vult deus mala fieri pmiſſiue cum oīa ꝓhibere poſſet. ⁊ tñ nullus oꝫ velle malum: qꝛ nō ſolum malū facientes: ſunt digni morte: ſed etiā qui ꝯſentiunt facientibus. Ro. 3. Differunt tñ voluntas añs. ⁊ ꝯñs: qꝛ voluntas antecedēs eſt reſpectu poſſibilitatis ad ſaluteꝫ. ¶ Scdā eſt reſpectus ad ſalutem ꝯditionalr: vt ſaluet ipſum ſi vult. Et hec nō ſemp impletur: qꝛ dependet a libero arbitrio. Hec aūt vnitio fit p amoreꝫ. Amor. n. eſt qḋdam vinculū: qꝛ hēt quandā virtutē vnitiuā. Huiuſmodi aūt vinculi triplex eſt funiculus ¶ Primus eſt ꝯſeruatio ſpūalis vite: ⁊ iſto ligaṫ cum corpore: ne defluat per laſciuiam. ¶ Scḋs eſt ſollicitudo bñficētie: ⁊ iſto ligaṫ hō cuꝫ ꝓximo: vt faciat ei ſicut vellet ſibi fieri ¶ Tertius eſt exhibitio filialis reuerentie: ⁊ iſto ligatur hō cum deo p debitā ſubiectioneꝫ Sed q̄te virtutis ſit huius vinculū caritatis: oñdit Hugo de laude caritatis: dicens. Hec enim traxit dei filiū in virginis vterū: de mundo ad patibulū ⁊ ad infernum. Et hec eſt qua cuncte ſaluādoꝝ aīe trahuntur in paradiſuꝫ. Sed proh dolor qdam hec vincula relinquentes: capiūṫ vinculis pctōꝝ ꝯtertis multis annis. Nam ex delicato victu pmo ꝯſurgit laſciuia carnalis: cui inneciṫ leuitas mentis: ⁊ huic loq̄citas oris. ocioſitas tpis: huic horror pnie: huic torpor negligētie: huic lāguor nature: huic mors gehēne. ¶ Hec vincula preuidens apl's multos alligare: lamentaṫ cum fletu: dicēs phil'. 3. Multi ambulant: quos ſepe dicebam vobis. Nunc autē flens dico inimicos crucis chriſti: quoꝝ finis interitus. quoꝝ deus venter eſt. Ad hoc vt huiuſmodi vincula dirumpanṫ ⁊ a nobis ꝓijciantur: opꝫ diue ſapientie adhibere informationē. Sequitur. Tertium qḋ ꝓmouet voluntatis diſpōem. ſ. diue ſapientie informatio. vñ dicit. Cum audiſſet opera chriſti. ¶ Cariſſimi ſicut videm⁹. qꝫ creatio mundi dat quoddaꝫ teſtimoniū maieſtatis imenſitatis ⁊ auctoritatis. ſic humani

generis rep̄atio per filij incarnationē dat ma
ximum teſtimoniū eterne bonitatis: ⁊ impē
ſe caritatis. Nam cum humanū genus ꝑ pec
catum ꝑmorum parentū iuſto dei iudicio fue
rit a ſupnis elōgatum: multis miſerijs impli/
catū: ⁊ eternis ſupplicijs mancipatū: nec cre
atura inueniebatur: q̄ debuit ſm diuinam ordi
nationem repare. Auctor creature ꝯmiſeranſ
⁊ cōpatiens ſuam inclinauit maieſtatē ad car
nis vnionem: ⁊ ſuam dilatauit caritatem per
mortis paſſionē. vñ ꝓpter nimiā caritatē ⁊c.
Unde ꝙ alium modū potuiſſet hūiſſe noſtre
repationis abſolute. ſ. ꝑ puram creaturā pꝫ:
qꝛ mors xp̄i fuit ſcd̄aria cā ⁊ meritoria. Deꝰ
autē ꝑmaria noſtre redēptionis. ¶ Quicqd
deus ꝗ potuit mediāte alio: h̄ potuit ſine eo.
ſed deus deleuit culpā mediāte morte filij ſui:
tanꝗ̄ mediāte cā ſcd̄a. Igiť potuit ſine ea. ⁊ h̄
de potētia abſoluta: ſi h̄ ordinaſſet. ſed magis
ordinauit ꝙ filius ſuus ſatiſfaceret. Et hoc ꝓ
pter multas rōes. ¶ Prima eſt vt humana
nā non teneretur tanta dilectione niſi a deo.
¶ Itē vt ex h̄ oñderet ſummā dilectionē ad
hoīem: ⁊ ex hoc per amorem eum traheret.
¶ Item vt iſta ſatiſfactio eēt efficacior: ⁊ excel
lenti mō fieret. ſ. ꝑ talem: q erat infinite diligi
bilis: ⁊ ꝑ ꝯñs eius actio eſſet infinite accepta/
bilis ex ꝑte ſui. vñ Johes. ſ. volūtas purgata
ꝑ grām in vinculis caritatis: vnitus diuine vo/
luntati: cum audiſſet opa xp̄i. ſ. creationē ⁊ re
parationem: ⁊ informationē virtutū: merito
debuit illuſtrari. Qđ etiā pꝫ rōe. Nam btitu
do eſt ꝑmium virtutis. Q pꝫ ꝗ ad btitudinē
tendentes: ſm virtutem diſponi ad virtutem
aut verbis: aut exēplis. Exempla aūt alicuiꝰ
⁊ verbi tanto efficacius ad virtutem inducunt
q̄ꝫto ⁊ firmior hētur opinio bonitatꝭ. Opinio
aūt bonitatis infallibilis de nullo hoīe hri po/
terat: qꝛ etiā ſcti viri in aliquo inueniunť deli
qſſe. vñ neceſſariū fuit hoī ad h̄ vt ad redem/
ptionē grē mens debite diſponeret: ꝙ a deo
humanato doctrinā ⁊ exēpla virtutis: q̄ ſunt
opa xp̄i: audiēdo ꝑciperet. Propter qđ dñs
dic̄ Joh. 3. Exēplū dedi vobis. Quare Jo
hānes audiens doctrinā ⁊ exēpla xp̄i: merito
debuit ꝑ mētis adheſionē: ⁊ ſpei deſideriū aſ/
ſentire. vñ ſeqtur. ¶ Quartū motiuū valenſ
ad debitā mētis diſpōez. ſ. volūtatis formate
ꝑ grām: ꝑ deſideriū: ſurſum actio: ibi. Mit/
tens duos de diſ. ſu. Quid ꝑ hos diſcipulos
moralr̄ intelligiť: niſi fides formata ⁊ ſpes: q̄
ſunt due ale: qbꝰ mens eleuať in deū: qꝛ ex cō
gnitione fidei: q̄ in dei filios adoptamur: ſm
Ber. Expectamꝰ ꝑ ſpem futurā btitudinem
q̄ ſpes oriť ex meritis ꝑcedentibus: grā dei co
opante. vñ addiť. Tu es q ven. es. q. d. Sci
mus te ꝑ fidem formatā. Tunc. n. fides for/
mata eſt in intellectu: qñ caritas eſt in volūtate
An aliū expe. q. d. nō dubitando: ſꝫ admiran
do grē gratū facientis delectationē ⁊ mētis ſa
tietatem. Expectamꝰ ꝑ ſpem: quā hēmus ex
imaginatōe ſūmi boni: ipꝫ deſiderādo. vñ ad
h̄ vt mēs ꝑ deſiderium eleueť in deum: ꝑ req
ritur fides: qꝛ ſicut videmus ꝙ oculus nālis
nō pōt videre rex̄ d̄rias lumine nāli: nō illu/
ſtratus radio ſoliſ: cognoſcit etiā minima rex̄
Sic intellectꝰ humanus q̄ꝫtūcunqꝫ ꝑſpicuus
nō ſufficit ad cognoſcendū deum: niſi lumine
fidei fuerit illuſtratus. Yſa. 7. Si nō credide
ritis; nō intelligetis. Hoc etiā pꝫ rōne. Nā
btitudo hoīs ꝯſiſtit in quadā ſupnāli dei viſio
ne: ad quā nemo ꝑtingere pōt: niſi ꝑ modum
adiſcētis a deo doctore. ⁊ hec ſucceſſiue ꝑ mo/
dum nāe ſue. Omnis aūt talis adiſcens oꝫ ꝙ
credat. Ad h̄ ꝙ ad ꝑfectā ſciam ꝑueniat: ⁊ ad
ꝑfectam viſionē btitudinis: ꝑexigiť ꝙ credat
deo: vt diſcipulus magr̄o docenti. Quare
neceſſariū eſt credere ad ſalutē. vñ fides reqri
tur ad h̄ vt mens in deum ꝑ deſideriū erigať.
Qđ aūt fides neceſſaria ſit: h̄ pꝫ rationibus.
¶ Prima eſt vt citius hō ad veritatis diuine
cognitionē dei ꝑueniat. ¶ Scd̄a vt cognitio
dei ſit coior. Multi. n. in ſtudio ſcīe ꝓficere
nō poſſunt: vel ꝑꝑ hebetudinē ingenij: vel ꝓ
pter alias occupatiōes ⁊ neceſſitates tꝑalis vi
te. vel ēt ꝑꝑ torporē adiſcēdi: q oīo a cognitōe
dei fraudarenť: niſi ꝓponerenť eis diuina ꝑ mo
dum fidei. ¶ Tertia ꝑꝑ certitudinē. Ratio
eīꝫ humana in rebus diuinis eſt multū deficiēs
Cuiꝰ ſignū eſt: qꝛ phi de rebus humaniſ nāli
inueſtigatōe ꝑſcrutātes: in multis errauerūt.
Ut ꝗ eēt indubitata ⁊ certa cogniº apđ hoīes
de deo: oportuit ꝙ diuina eis ꝑ modū fidei tra
derenť: q̄ſi a deo: q mētiri non pōt. vñ pꝫ ꝙ fi
des reqriť ad h̄ vt mens erigať ⁊ accepteť: qꝛ
ſicut nunꝗ̄ aīa eſt deo accepta niſi ſit ordinata
q̄ꝫtum ad voluntatem ꝑ hītum caritatis: q eſt
hītus ſupnālis: ſic nunꝗ̄ pōt eſſe deo accepta
niſi ſit ordinata q̄ꝫtū ad itellectū ꝑ hitū fidei
q eſt hitꝰ ſupnālis. ¶ Eſt igiť duplex fides
. ſ. formata: qua exn̄te in intellectu: caritas eſt
in volūtate. Alia eſt fides iformis: q̄ exn̄te in
itellectu; caritas nō eſt i volūtate. Sꝫ vide ne
ꝑ iſtā fidē informē decipiariſ: qꝛ hec fides nō ē

virtus non habens in voluntate caritatẽ: que
eſt forma fidei. Q̃ð non ſit virtus: pʒ: q² vir/
tus eſt habitus: quo mediante actus fit bonus
⁊ pfectus. Hoc nõ facit fides informis: q² nõ
dirigitur caritate. i. opum impletiõe: q² proba
tio dilectiõis exhibitio eſt opis ſm Greg. vn
de Ber. Fides ſine operibus mortua eſt. vn
de ſi queris que ſit fides viua: certe illa p quaʒ
xp̃s habitat in cordibus noſtris. vnde Ber.
Tam diu xp̃s in nobis viuit: quãdiu viuit fi
des. Et poſtq̃ʒ fides mortua eſt: quodãmodo
xp̃s mortu⁹ eſt in nobis: q² xp̃s p fideʒ viuit
in nobis. vnde Ber. Sicut corporis vitaʒ ex
motu cognoſcim⁹: ita ⁊ fidei vitaʒ ex opibus
bonis. Quid. n. mortua ẽ fides: niſi fides ſi
ne ope dilectionis? Sicut. n. vita corporis eſt
aïa: p quã mouet᷑ ⁊ ſentit. Ita vita fidei eſt ca
ritas: q² per illã operatur: vnde refrigeſcente
caritate: fides moritur: ſicut corpus aïa rece/
dente: vnde ſine fide. ſ. formata caritate: im/
poſſibile eſt deo placere. ¶ Scd̃o ad hoc vt
mens in deũ per deſideriũ transformet᷑: requi
ritur ſpes certa: vnde dicit. An aliuʒ expecta
mus: q² ꝓprius actus ſpei ẽ expectare. Q̃ð
pʒ: q² expectare eſt actus voluntatis: ſed actus
volũtatis eſt velle: ſed velle nõ eſt velle reſpe/
ctu rei pñtis: ſed reſpectu rei abſentis: ſed hoc
velle eſt expectare: vnde Aug. dicit. Q̃ð ſpes
eſt certa expectatio beatitudinis future: ꝓueni
ens ex meritis ⁊ ex gratia dei. Dicit eniʒ. An
alium. Ad inſinuanduʒ q̃ gratia ⁊ gloria dif/
ferunt realiter: lʒ tñ ſm apl̃m ſint eiuſdem ra
tionis: q dicit: gratia dei vita eterna. vñ Ber
nar. in ſmone de aſſumptiõe. Triplicẽ grãm
diuinitus accepimus. Unaʒ qua ꝯuertimur:
Aliaʒ qua in tẽptationibus adiuuamur. Ter
tiã qua ꝓbati remuneramur. ¶ Prima ini
tiat per quã vocamur. ¶ Secũda ꝑducit qua
iuſtificamur. ¶ Tertia conſumat qua glĩfica
mur. Prima beneplacituʒ. Scd̃a meritum.
Tertia premiũ. De prima dicitur de plenitu/
dine eius oẽs accepimus. De alijs dicit᷑ gra/
tiam pro gratia: ideſt munera eterne glorie ꝓ
merito temporalis militie.

Secunda conſideratio.

s Ecunda cõſideratio: eſt de prouida
extirpatione vitioꝝ: p gratie opatio/
neʒ: cũ dicit. Euntes renũciate Jo/
hãni. ⁊c̃. Scd̃ʒ Ber. gemina ẽ ſpẽs vitiorũ:
Alia. n. ſunt que nocent nobis: ⁊ alia que no/
cent proximo. Et hec oïa dicuntur vallis la/
chrymaꝝ: q² omni fletu fluminis plangenda
eſt vita peccatoꝝ: que ſic vitijs pʒ: q² vnuʒ ali
ud cauſat: ⁊ vnũ alterius eſt pena. ¶ Primũ
pʒ. q² remouẽs illud qð prohibet a peccato: ef
fectiue inducit aliud: ſed hoc facit peccatuʒ: q²
ſaltẽ demeritorie remouet grãʒ: v̄tutes: diui
naʒ curã: angelicaʒ cuſtodiã. vnde Anſelm⁹.
Si q̃s volũtarie peccat: extũc niſi d̃s maximo
miraculo ipſuʒ abſtrahat a peccato ruit in pec
catum: vt ſibi datur in pena. Qualiter autem
peccatum ſit alterius pena: vide. Nam pena
duo dicit. ſ. dãnuʒ ⁊ malũ: qð infligitur ꝓ de/
merito p̃cedente. Peccatuʒ ſequens reſpectu
precedentis ſic ſe hʒ: q² in ſe eſt malũ ⁊ dãnuʒ
⁊ pmittitur a deo nõ ſibi coaſſiſtẽte ꝑ demeri
tum p̃cedentis peccati. Sed dices: quõ pecca/
tuʒ eſt pena cũ ſit volũtariũ? ¶ Rñdeo q̃ ſuf/
ficit ad h̃ q̃ aliq̃d ſit pena q̃ ſit ꝯtra iclinatiõeʒ
naturalẽ volũtatis: ⁊ bonuʒ ꝯueniens ſibi in/
eſſe: quãuis nõ ſit ꝯtra eius actum illicitum.
Exemplum: Martires ſuſtinebãt maximos
cruciatus: quos tñ ſumme volebant ſuſtinere
ergo ſuſtinebãt penaʒ non ꝯtra ipʒ velle: ſed
contra modũ nature. Sed q² vitia: vt ſic ſunt
mortua: opʒ vt extirpẽtur. Hec autem extir/
patio fit p gratiã: q² gratia ⁊ peccatuʒ mutuo
ſe expellũt: cuʒ ſint oppoſita. Q̃ð pʒ. ¶ Pri/
mo ex parte peccati: q² peccatũ priuat bonum
hominis: videlicet gratuita ⁊ certitudine de/
bita ieſſe actu: nõ tñ priuat habilitatẽ ad bonũ
vt aliq̃ dicũt. ſ. q̃ cũ iſta habilitas ſit finita: tã/
deʒ poſſet totalr̃ tolli p maximaʒ ꝯtinuationẽ
peccatoruʒ: q̃ efficeret᷑ inhabilis ad omne bo/
num. Hoc aũt eſt falſum: q² peccatũ nihil pri/
uat realitatis i aïa. Cuʒ igitur habilitas aïe ſit
gñalis ſibi. igit᷑ ⁊c̃. Hec etiã oppo⁹. ¶ Se/
cundo pʒ ex parte gratie: q² gratia dat primuʒ
eſſe ſpirituale: cũ ſit pricipiũ ꝓductiuuʒ actus
meritorij: q² anima mortua peccatis: per grãʒ
reuiuiſcit. Unde in pſona peccatoꝝ Ro. 7°.
Infelix ego homo quis me liberabit ⁊c̃. Et
ſequitur. Gratia dei p ieſum chriſtũ. Pecca
tum enim non dimittitur: niſi opante virtute
infinita. Subiacet eniʒ pene ifinite: q² impli/
cat offenſam infiniti. Et ideo cũ nulla creatu/
ra ſit capax virtutis infinite: opʒ q̃ remittatur
per gratiam: ⁊ per ꝯdeſcenſioneʒ diuinã. Et
q² ſm Ber. Gemina eſt ſpecies vitioꝝ: q²
aliqua ſunt remiſſibilia: aliqua irremiſſibilia:
quoꝝ vtraqʒ ſpecies: qualiter per gratiã extir
petur ẽ videduʒ. ¶ Primo de remiſſibilib⁹:

vbi nota ꝙ euãgeliſta in euangelio enumerat ſex defectus quibus aïa inficitur per peccatũ. ¶ Primus eſt error ratiõis: qui intelligitur in cecitate. ¶ Secundus eſt curuitas affectionis mouentis: qꝺ proponitur in claudicatiõe ¶ Tertius imundicia ꝯcupiſcentie carnalis: que infertur in lepre infectiõe. ¶ Quartus ē ſeparatio anime a deo: qꝺ inſinuatur in mortis inflictione. ¶ Quintus eſt duritia cordis qꝺ innuitur in ſorditate. ¶ Sextus eſt defectus gratie ꝛ virtutũ: qꝺ oſtenditur in paupertate. ¶ Primo dico ꝙ peccatũ opatur in aïa errore rationis eligentis: cum dicit. Ceci vident. Nam cuꝫ aïa facta eſſet: vt eſſet capax ſũme beatitudinis: date erant ei potentie ad ſũmum bonum cognoſcendũ: appetendũ: ꝛ fruendum. Sed cũ homo ꝯſenſit in peccatuꝫ: cõtra dei prohibitionem: tũc oẽs vires aïe ſunt deordinate. Qꝛ.n. homo ex amore viſibiliuꝫ ab inuiſibiliũ amore cecidit: ſola iã viſibilia cognoſcit: diligit: ꝛ eis inheret: ꝛ ita ceca eſt aïa ꝙ nec cognoſcit ſeipſaꝫ: vt de ea dicaꝛ: Sapi. 2. Excecat eos malitia eoꝝ. Hunc autẽ defectum tollit gratia: cuius eſt aïam illuminare nõ formaliter: qꝛ eſt in voluntate. Sed diciꝛ illumĩare imperatiue ꝑcipiendo actus illuminoſos fidei. Unde cũ ideo noſtra lippa ſit facta per peccatum qꝺ non poſſumus ꝑ nos intelligere: nec veritatẽ inuenire: bene ds̃ ꝯdeſcendit nobis: ne in errore eſſemus: dedítque nobis notitiã veritatis in fide vt regulis fidei ſenſum noſtꝝ humiliter ſubijciamus: ſi nõ volum9 deuiare: vnde ſicut oculus naturalis nõ poteſt videre reꝝ differentias lumine naturali: tamẽ radio ſolis cognoſcit etiã minima reꝝ ſic intellectus humanus ĩ lumine fidei cognoſcit defectus etiã latentes. Et h̃ eſt ꝙ euãgeliſta dicit. Ceci vidẽt. Fides enim apperit oculum ſiniſtꝝ: cuꝫ facit hoĩeꝫ ꝯſiderare mala ſua ꝛ oſtendit ei eterna ſupplicia. ¶ Scđo apit ei oculum dextruꝫ: cũ facit hoĩem ꝯſiderare diuinam largitateꝫ: ꝛ oſtẽdit ei eternam beatitudineꝫ. ¶ Secundus defectus eſt curuitas affectionis cũ addit. Claudi ambulant. Affectus nãqꝫ datus eſt homini: vt deũ diligeret. Sꝫ per peccatuꝫ curuefactus eſt: ita ꝙ eligit deterius ꝓ bono. Ratio eſt: qꝛ voluntas non fertur in ſuuꝫ obiectũ: niſi vt a ratiõe ꝑoſtenſuꝫ: qꝛ ergo natio errat: ꝛ ſic volũtas acceptat. Affectus incuruatur ꝛ claudicat a rectitudĩe act9 Unde ꝗ̃uis homo naturalr̃ velut finem vltimũ ſꝫ Boetiũ dicentẽ. Inſerta eſt nobis veri boniqꝫ cupiditas. Tñ oẽs hunc fineꝫ nõ cõſequuntur: qꝛ per electionẽ errant diuerſo tramite incedendo: ꝛ ſic ꝯtingit ipſos a fine vltimo deuiare ꝛ finalr̃ fruſtrari. ¶ Hũc igitur defectum excludit gratia: affectuꝫ rectificando in deum: ꝛ ſic fit reductio. Nã voluntas ꝑ caritateꝫ informata vitijs ſic reſiſtit: ꝛ virtuoſis operibus fideliter inſiſtit propter deuꝫ. Que eniꝫ curua ꝛ auerſa fuit a deo: neceſſe habꝫ vt ꝯuerſa cogat ſe ꝯcordare cũ deo. Et motus rebelles ꝑ ſtudiũ boni operis ad rectitudineꝫ reflectere diuine voluntatis: ꝛ ſic claudi incipiunt ambulare. Duo pedes aïe: ſunt effectus placendi deo: ꝛ proficere proximo. Quidam tñ claudicãt pede ſiniſtro. ſ. qui volũt deo vacare. nõ auteꝫ ꝓximo miniſtrare. Quidã aũt ecõuerſo: ꝛ illi claudicant dextro. Qui vͦ nec deo nec ꝓximo ĩtendunt: vtroqꝫ pede claudicãt: ſm̃ illud. 3ᵃ. re. 18. Uſquequo claudicatꝭ in duas partes? Quaſi diceret. Nũc tempus eſt: vt deo intendatis: ſimul etiaꝫ de ꝓximo ꝓficiatis. ¶ Terti9 defect9 eſt imundicia ꝯcupiſcentie carnalis: q̃ infertur in lepre infectiõe Per peccatuꝫ.n. ꝯtrahit anima maculã ꝛ efficitur leproſa. Macula ꝓprie dicitur in corporalibus: qñ aliqꝺ corpus nitidũ: puta argentũ vel veſtimentũ: ex ꝯtatu alterius corporis perdit nitoreꝫ. Exẽplum: inter oẽs infirmitates lepra eſt ꝑiculoſa: qꝛ ꝯtagioſa. Solo autem tactu inficit: ꝛ tactu ceſſante nõ ceſſat infectio lepre. Sic reuera in ſpũalibus: opꝫ maculam imaginari. Habet aũt aïa hoïs dupliceꝫ nitorem. Unũ quideꝫ ex lumine naturalis rationis: ꝑ queꝫ dirigitur in ſuis actibus. Alium ex lumine diuine illuſtratiõis: per quẽ etiam homo perficitur ad bene ꝛ decẽter agendum. Eſt antẽ quaſi quidaꝫ anime tactus: quando peccatur adherendo aliquibus rebus ꝑ amoreꝫ: ꝯtra lumẽ rõnis ꝛ diuine legis: vñ detrimẽtuꝫ nitoris ex tali ꝯtactu ꝓueniẽs: macula aïe vocaꝛ. Et ꝗ̃uis ceſſet actus peccãdi: tñ remanet macula. vñ ſic paulatiꝫ rubigo ꝯtrahiꝛ qñ nõ ſtatiꝫ macula abſtergiꝛ: ſic venial' macla ſi purgari negligiꝛ: ſucceſſiue veniꝛ ad rubiginẽ mortalis peccati: qꝺ non ita cito auferꝛ. hec aũt macula lepre ꝑ ſolã gr̃aꝫ extirpaꝛ. Nã gr̃a hꝫ eẽ in aïa ꝑ modũ ſanitatis ꝯtantis. Sicut eniꝫ hõ ſanus nõ incitaꝛ a ꝯtrarietate humoꝝ ſpiritũ moleſtãtiũ. Ita ĩ gr̃a exñs q̃ delet talẽ infirmitatẽ nõ ĩquietaꝛ ab ĩpugnatiõib9 paſſio

num ipſuꝫ vexãtibus ad modũ febriũ. Puta
a ꝯcupiſcẽtia carnis: pro qua infirmitate dicit
ap̃ls. Inter vos multi infirmi ſunt ⁊ ĩbecilles
ſed qñ aduenit gr̃a: tunc aĩa efficit̃ ſana. Vñ
Yſa. 58. de aĩa ſeipſaꝫ ad gratiã diſponentem
dicit̃. Tũc erũpet q̃ſi mane lumen tuũ: ⁊ ſani/
tas tua citi⁹ orietur. ¶ Ratio ẽ: qꝛ nõ dimit/
titur pctm̃: niſi tollat̃ offenſa. Sꝫ offenſa dĩ tol
litur ꝑ effectũ dilectiõis dei: q̃ eſt gratia. Hec
ergo ſanatio fit ꝑ gratiã: lꝫ. n. dilectio dei ſit ĩ/
mutabilis ⁊ eterna: tñ eius effect⁹. ſ. gr̃tia qñ/
qꝫ tollitur: qñ ab ipſo deficimus ⁊ iteruꝫ recu
peratur: cũ ad ipꝫ ꝯuertimur: ⁊ h̃ eſt qđ dicit.
Leproſi mundãtur. Ab ĩmundicia ꝯcupiſcen
tie carnalis: qꝛ ſicut lepra ſolo tactu inficit: ſic
minimũ in natura. ſ. ꝯcupiſcẽtia carnis multo
magis exñs in ſua totalitate. Minimũ huius
vitij eſt imaginatio: nã nulli⁹ alteri⁹ vitij ima
ginatio: ita cito inficit ꝯſcientiã: abſorbet intel
ligentiã: armat inimicã carnẽ ꝯtra aĩaꝫ. Sed
medicina gr̃e diuine facil̃r celeriter ⁊ ĩtegral̃r
curat. Facil̃r: qꝛ potẽtia dei. Celeriter: qꝛ ſta/
tim cũ applicat̃ ſanat. Integral̃r: cũ ſit indiui/
ſa. Salubriter: qꝛ ñ ſoluꝫ ſanat: ſꝫ ẽt in poſterꝝ
ꝑſeruat. Hac medicĩa mũdatus fuit Naamã
a lepra cui⁹ caro reſtituta ẽ ſicut caro pueri. 4.
Reg. 5. ¶ Quart⁹ defectus ẽ ſepatio aĩe a dõ
qđ inſinuat̃ in mortis afflictiõe. Quid enim
mors niſi priuatio vite? Vñ Ber. Vñ. n. ni
ſi ex ſeparatione aĩe ⁊ corporis mors ꝓcedit?
Itẽ Ber. Quid vo in reb⁹ humanis certiꝰ
morte? Quid hora mortis ĩuenimur ĩcertius?
Nõ miſeretur inopie: nõ diuitias reueret̃: non
generi cuilibet: nec ipſi deniqꝫ parcet etati: ni
ſi qꝛ ſenib⁹ quideꝫ eſt in annis: ⁊ adoleſcenti/
bus qdeꝫ in ĩſidijs. Iteꝫ bona mors iuſti ꝑꝑ
requiẽ: melior ꝑꝑ nouitateꝫ: ſed optima ꝑꝑ ſe
curitatẽ. Ecõtra mors peccatorꝝ peſſima: ma/
la ſiqdeꝫ in amiſſiõe mũdi: peior ĩ ſeparatione
carnis: peſſima in vmis ignisqꝫ duplici ꝯtri/
tiõe. Vñ ſꝫ Ber. Studeam⁹ viuere vita iu/
ſtorꝝ: ſꝫ mortẽ eorꝝ multo magis deſiderem⁹.
Sapiẽ. n. iuſtorꝝ nouiſſima ꝑfert: hec mors
ꝑꝑ peccatũ eſt nobis iflicta. Vñ Ber. Pecca
tuꝫ ꝑceſſit: vt ſeq̃retur mors. Quaſi ſane dice
ret. Si caruiſſet hõ peccato: mortẽ nõ guſtaſ/
ſet ĩ eternũ. Peccãdo itaqꝫ vitã amiſit ⁊ mor
teꝫ inuenit. Hãc auteꝫ mortẽ duplicẽ eſſe de/
ſcribit Ber. d. Due ſunt mortes ⁊ totideꝫ re/
ſurrectiões. Prima: mors aĩe. Scd̃a: corpo
ris. Mors aĩe: ſepatio aĩe a corpore. Hanc
operatur peccatum. Hanc pena peccati. In
prima reſurrectio anime. In ſecunda corpo/
ris. Primam operatur humilis: ⁊ occult⁹ ad
uentus chriſti. Secundaꝫ glorioſus ⁊ mani/
feſtus xp̃i proficiet aduentus. Primã. ſ. mor
tem corporis nullus euadere poteſt: cuꝫ ſit ꝓ/
pria paſſio ꝯſequẽs totaꝫ naturaꝫ ſpecificaꝫ ⁊
ſolã humanam. Sed ſecũdaꝫ mortẽ. ſ. anime
ſola gratia tollit: ipſaꝫ viuificãdo: qꝛ ſicut cor
pus ꝑ animaꝫ: ita aĩa ꝑ gratiaꝫ viuit. Et ideo
ſicut decedente anima corpus moritur: ⁊ adue
niente viuificatur. Ita ⁊ aĩa per gratiam. Et
hoc eſt: qđ dicit euangeliſta. Mortui reſur/
gunt: ideſt aĩa mortua ꝑ peccatũ. Peccata. n.
mortalia habent animaꝫ occidere: que per gra
tiam viuit. Roma. 6. Stipẽdia peccati mors
ſꝫ reſurgũt per gr̃aꝫ verbi incarnati in virgi/
ne Maria. Unde ſibi dictum eſt ab angelo.
Aue gratia plena dñs tecũ ⁊c̃. ¶ Quint⁹ de/
fectus eſt duritia cordis: qđ innuitur in ſurdita
te. Surditas eſt priuatio virtutis auditiue: ⁊
inualida efficit̃ ad aliqđ bonũ percipiendum.
Sic reuera: ſurdus ſpũalis eſt: qui ſm̃ Ber.
Nõ aures ad verbũ dei audiẽduꝫ aperit: ſm̃
illud pſalm. Tanqꝫ ſurdus nõ audiebaꝫ. Ra
tio eſt: qꝛ mens allecta ſenſibilibus: nõ niſi de
lectatiõibus rerꝝ ſenſibiliuꝫ per inordinatum
amorem paſcitur. Et ideo iflexibilis efficitur
diuine inſpirationi: ⁊ ſic indurat̃ ⁊ ſurdeſcit.
Et ẽ reuera magnũ ſignũ reprobatiõis: qꝛ ad
reprobationẽ ſeq̃tur induratio. Et inflexibili/
tas diuine inſpiratiõis: ſignũ eſt iterne indu/
ratiõis: qꝛ aĩal homo non ꝑcipit q̃ ſunt ſpirit⁹
dei. Hec autẽ ſurditas dr̃ bene cor induratũ:
qꝛ ſicut durꝝ eſt qđ nõ ſcindit̃ nec mollit̃. Sic
cor durꝝ: nec ꝯpunctiõe ſcindit̃ ſꝫ Ber. Nec
pietate mollitur: nec mouetur ꝑcibus: minis
nõ cedit: flagellis indurat̃: ingratũ eſt ad bene
ficia: ad ꝯſilia infiduꝫ: ad iudicia ſerũ: inuere/
cundũ ad turpia: impauiduꝫ ad ꝑicula: nec de
um timet: nec hoieꝫ veret̃. Vñ Greg. Inter
roget ſe vnuſqꝫ. Si aure cordis vba dei ꝑ/
cipit ⁊ intelligit. Quaſi dicat: qꝛ nõ. Quia oĩſ
preditus ſurditate ꝑdicta: nec intelligit aut ꝑci
pit. Iſtuꝫ defectum habet gratia extirpare: qꝛ
gratia veniens in animã induratam ad rece/
ptionẽ diuinarꝝ inſpirationuꝫ mollificat ⁊ ha/
bilitat audire: vt dicat illud pſal. Audiaꝫ qd
loquatur ĩ me ſpiritus: qm̃ loquetur pacẽ ⁊c̃.
Et ſic ſurdi audiũt. Audiunt. n. aliqui cũ ſini
ſtra aure clamorem pauperꝝ: vt ⁊ ipſi exaudi/

antur. Prouer. 21°. Qui obturant aurē ſuam ad clamorem pauperꝫ: ipſi clamabūt ⁊ nō exaudientur. Alij aperiūt dextraꝫ ad audiendam predicationeꝫ. Prouer. 28. Qui declinat aurē ſuā ne audiat legem: oratio eius exe crabilis erit. ¶ Sextus defectus: eſt virtutiſ defectus: ⁊ pauptatis gratie: qđ notatur cum dicit. Pauperes euangelizātur. Sicut enim videmus: ꝙ paupertas corporalis defectū patitur in exterioribus bonis. Sic ſpiritualis pauptas in ſpiritualibus. vnde pſalm. in perſona pauperis clamat. Adiuua nos ds. Et ſeqtur Quia pauperes facti ſumus nimis. Hāc. n. ſecundaꝫ pauptateꝫ peccatuꝫ cauſat in aīa: eo ꝙ a fine vltimo eliminat: eoqꝫ ꝙ oīs ſpūalis boni priuatōe deſtituta: paup efficitur ⁊ iepta ad finis vltimi conſecutionē. Hāc autē delet gratia in aīa ipſaꝫ virtutibus adornādo. Ratio eſt: Nā gratia cuꝫ ſit radix meriti a deo cō fertur: ſic vt poſſint ſingula opa meritoria ab hoīe pfici: ⁊ qꝛ hoc nō poteſt fieri niſi p virtutes. Ideo deus ꝯferendo grāꝫ cauſat vtutes in aīa: qbus opa meritoria poſſent perfici. Et ideo ait apls. Oīa poſſuꝫ in gratia que me cō fortat. Ex iſto ſumit documentū: ꝙ maximuꝫ ſignū gratie in hoīe eſt opari virtuoſe. Quia cum hoc pficere nō poſſit: niſi p ceteras virtutes quas grā cauſat in aīa. Ideo ab opib⁹ deuenimus in cognitionē habituuꝫ virtuoſorū: ⁊ ab iſtis in cognitionē grē: que ē radix oīum alioꝝ. Unde dicit. Pauperes euāgelizantur: ideſt ditantur euāgelij theſauro pretioſo: ſcilicet gratia: ⁊ ſic patet ſecunda ꝯſideratio

Tertia ꝯſideratio.

habita conãdo aſſequi: q̃ꝫ ꝯſidia carere. Ita
grauius eſt recuperare: qd̓ per negligentiam
amittitur: q̃ꝫ adipiſci qd̓ nondũ q̄s habuiſſe
cognoſcitur. Unde q2 virgo in oĩbus ſic cir-
cunſcripta fuit: ideo poteſt de ea exponi illud

Luc. 14. Maria optimam parteȝ elegit: quia
ꝯſideratis hijs trãſitorijs delectatiõibus pec-
catoꝝ optimã partẽ elegit .ſ. vitã eternaȝ hijs
deſpectis. vñ Aug. Hijs ſex ꝯditiõib⁹ ꝯſide
ratis in virgĩe glĩoſa: eaȝ idoneã matrẽ xp̃i iu
dicabat. Nullã dei ſapĩa maſſaȝ inuenit huma
ni generis ꝑ quã vt diſpoſuerat ĩ mũduȝ veni
ens luctuoſe ꝑditiõi ſubueniret: donec ad iſtã
v̓ginẽ ventũ eſſȝ. Que mox vt ĩmũduȝ ꝑ hu
mane gñationis lineã venit: tãta oĩs boni vir
tute atq3 ꝯſtãtia reſplẽduit: vt ipſam dei ſapĩa
fore dignã iudicaret: ꝑ quã in hoïeȝ veniens
ſola p̃ cunctis mediatrix eſſe meruit.

Secunda conſideratio.

[S]ecũda ꝯſideratio ẽ de v̓ginis ſalu-
tatione gratioſa: cuȝ dr̃. Et igreſ. eſt
angelus ad eã. vbi ſũt .6. ꝯcl̃ones.
¶ Pr̃a eſt ꝙ ſtatus v̓ginitatis eſt q̄ſi ſtat⁹ an
gelic⁹ ſiue celic⁹. Ideo nõ cadit ſub p̃cepto ꝓ
pter ſui arduitatẽ: ⁊ difficultatẽ: ⁊ iõ maximi
eſt meriti: vñ Ihiero. dic̃. Virginitas nõ eſt
in p̃cepto: q2 maioris mercedis eſt q̃ nõ cogit̃
ſed offertur: ⁊ duriſſimũ erat ꝯtra nãm cogere
quẽpiã angeloꝝ vitã ab hoïbus extorquere:
Eſt ẽt ardua res ꝯtra legeȝ carnis viuere: qd̓
faciũt v̓gines. vñ Greg. dicit: ꝙ iter oĩa cer-
tamina duriora ſunt caſtitatis ꝑlia: in quibus
quotidiana pugna: ſȝ victoria rara. Maior ẽ
eniȝ virginuȝ q̃ꝫ angeloꝝ: Angeli ſine carne
viuunt: homines in carne triumphant
¶ Scd̓a ꝯcluſio eſt: ꝙ virginitas maxime ꝓp
votum eſt deo accepta: vñ Aug. de virginita
te dicit. Virginitas non q2 virginitas: ſed q2
deo dicata honorat̃. Et no. ꝙ .5. ſũt differẽtie
v̓ginũ. ¶ Pr̃a eſt q̃ vouit ſe deo nõ ſenſuraȝ
ſe libidinẽ. ¶ Scd̓a eſt: q̃ hoc ꝓponit: tñ ſine
voto. ¶ Tertia eſt q̃ ſuuȝ ꝓgreſſum ꝯmittit:
dei diſpoſitiõi. ¶ Quarta eſt: q̃ nõduȝ delibe
rauit de ſentiẽdo: vel nõ ſentiẽdo libidinem.
¶ Quinta eſt q̃ ꝓponit ſe ſenſurã libidinẽ: ſȝ
ſub dei volũtate. ¶ Pr̃a .n. ſemꝑ tenet ſum-
muȝ gradũ: q̃ ſola ẽ meritoria. Hũc gradum
beata virgo habuit. vñ cuȝ xp̃s d̓ ea voluit na
ſci decuit ipſaȝ votũ feciſſe. vñ Augu. Beata
virgo ꝓpoſuerat ſe ſnaturã virgitateȝ ĩ corde
ſȝ ipſi⁹ votũ nõ expſſit ore: poſtea vero expſ-
ſit ⁊ in virginitate permanſit.
¶ Tertia ꝯ̃ eſt: ꝙ virgitas ſilima ẽ angelis:
⁊ ꝯtinẽs ĩ ſe humanitatẽ angelicã. Nã virgi-
nes ſunt iexptes delectationũ carnaliũ: v̓ ha-
bundẽt dlectatiõibus ſpũalib⁹. Cũ igitur pro

prīū ſit angelice nature nō poſſe carnales: ſed ſpūales ⁊ itellectuales d'litias expiri: neceſſe ē vt āgeli amore nāli plus diligāt ꝟgies pp qđ putāt qdāʒ de virgibus tm̄ ruinas angelicas reſtaurādus: vñ filius dei ingrediēs mūduʒ nouā familiā inſtituit: vt q ab angelis honorabatur in celis: angelos. ſ. virgines hrēt in terris. vnde Ambro. Supgreditur virginitas ꝯditionē humane nature: p quā hoies angelis aſſimilātur. Jdeo ēt Jhiero. iſert di. Eſſe angelū felicitatis ē: eſſe vero virginē virtutis Naʒ h obtinere virib⁹ nitit cuʒ gr̄a qđ hʒ angelus ex nā: vtꝛqꝫ tñ. ſ. eſſe virginē ⁊ angelū diuini muneris ē officiū nō humanū. Et ideo piculoſuʒ ē virgines a virgitatis ꝓpoſito retrahere: cū ſint vxores regis eterni: ⁊ ꝯpares quodāmodo regine celi: ⁊ tēpluʒ dei. vñ apl's cori. 3. Si qs tēpluʒ dī violauerit diſpdet illū ds. Propter hāc. n. ſilitudineʒ virgo glioſa debuit ab angelo ſalutari: vñ dicit. Et igreſſus angelus ad eā. Debebat. n. virgo ad hoc vt corporalr deū ꝯcipet pfici intius itellectuali cognitiōe: ⁊ exterius corporali angeli apparitione: vt ad conſenſum traheretur.

¶ Quarta ꝯclo eſt: q beata virgo eadē veneratiōe dʒ venerari: q xp̄s. Nā idē honor exhibendus eſt matri reg ⁊ regi. vñ Aug. dicit. Thronū dī tabernaculū dñi xp̄i dignū eſt ibi eē: vbi eſt ipſe: Sʒ xp̄s adoratur adoratiōe latrie. Hoc idē dic Damaſcen⁹. Honor mr̄is refert ad filiuʒ: ⁊ ideo ſalutat eē gratia plena: quod etiam refertur ad filium.

¶ Quīta ꝯ° eſt: q i hac angelica ſalutatiōe q̄tuor ſolēnes p̄rogatiue p̄tenduntur. ¶ Quaꝝ prima eſt carētia ois mali: cuʒ dr. Aue. i. ſine vhe: qꝛ imunis ſine omni peccato: qꝛ ſoli dño ꝯſecrata: ⁊ ideo debebat eē intus ⁊ extra: pura ⁊ mūda: vt dicat: de ea illud cāticoꝝ. Tota pulchra es ⁊c. vñ hʒ Ber. Illa ē tota pulchra cui nihil deeſt formoſitat: ⁊ nihil ineſt deformitatis. Sed iſta pulchritudo nulli ineſſe pōt niſi a fomite p̄ſeruato: nā fomes ad maculā ptinet ſaltē carnis. vñ dicūt aliq: q veriſimile ē q in primo inſtāti fuit p̄ſeruata ne ꝯcipetur in originali i eius aiatione. Ratio eſt. Nam cui ꝯceſſuʒ eſt maius ⁊ min⁹: ſʒ magis eſt eē matreʒ dei: qꝫ a peccato p̄ſeruari: igit ⁊c. Jtē auctor nature p virgineʒ nāʒ recupauit: igit ab oi vitio imunis fuit: qꝛ pp qđ vnūquodqꝫ tale ⁊ ipʒ magi. vñ Aug. dic. Cū de pctis agitur nullā uelle ꝓſus de Maria fieri mētionem. Bene ergo dicit de ea. Aue. i. ſine vhe. Nā ſicut in Eua fuit vhe culpe: pene: ignorātie ⁊ expulſiōis patrie: ſic Maria fuit a vhe. i. ſine vhe. ſ. culpe: qꝛ ſctiſſima: ſine vhe pene: qꝛ beatiſſima: ſine vhe ignorātie: qꝛ illuiatiſſima: ſine vhe expulſiōis p̄ric: qꝛ celi porta. ¶ 2ᵃ. eſt: ois bōi affluētia Nā ei⁹ aīa fuit repleta gr̄a añqꝫ eēt mr̄ dei: tñ poſtea fuit magi repleta. vbi notañ. q ē duplex po⁹ ad gr̄aʒ. vna. ſ. nālis ſicut dr̄ de angel q receꝑūt ex ſuis actib⁹ elicit Scđa ē po⁹ obialis: q eſt triplex. Pᵃ q replet ſine illapſu ſpāli: ⁊ i ſuppoſito abſolute accepto: ⁊ ſic virgo añqꝫ eſſet mr̄ dei fuit repleta gr̄a: ita q nō hūit peccādi nccitatē: nec ēt pnitatē. 2ᵃ que repleri pōt in ſuppoſito relatiue accepto: cuʒ ēt illapſu ſpāli: ⁊ ſic ꝟgo fuit repleta inqꝫtuʒ fuit mr̄ dei: qꝛ tūc fuit firmata q nō potuit peccare nec mortalr nec venialr: ⁊ tāta gr̄a nō poſſʒ ꝯcedi creature niſi eēt mr̄ dei. 3ᵃ po⁹ q replet in nā: nō ſtāte i ſuppoſito ꝓprio: ſʒ diuo: ⁊ ſic aia xp̄i fuit plena gr̄a. Uirgo mr̄ fuit plena. P° gr̄a donoꝝ: qꝛ dona ſp̄s ſcti fuerūt ei data excellēter ſup oēs creaturā. vñ i ea fuit ois gratia vite ⁊ bōitat. Eccli. 24. 2° fuit plēa gratia labioꝝ. qꝛ diffuſa ē gratia i labijs ſuis. 3° fuit plēa gratia p̄mioꝝ. Eccl'i. 26. Gr̄a ſup gratiaʒ: mulier ſctā ⁊ pudorata. gr̄a gl'e ſup gr̄aʒ vie: gratia p̄mioꝝ i celo: ſup gratiaʒ meritoꝝ i mūdo: Et iō Ber. Jn vētre gr̄a dītat: i corde gr̄a caritat: in ore gr̄a affabilitat: i māib⁹ gr̄a mīe ⁊ largitat: Ber. Ve plena: qꝛ de plenitudie ei⁹ capiūt vniuerſi captiui redēptiōeʒ: triſtes ꝯſolationē: pctōres veniā: iuſti gr̄aʒ: āgeli letitiā: tota trinitas gl'iaʒ. fili⁹ hois humāe carnis ſbāʒ. Decuit. n. ꝟginē gr̄a repleri: vt nō ſolū nāli ꝯditōe: verū etiā ſpūali adornatiōe cūct creaturis p̄ferret. Et iō Aug. dic. O plena ⁊ ſupplena gr̄a. d cui⁹ plenitudie ſupfuſa reuiuiſcūt oēs creature: ⁊ bñ plena: qꝛ ceteris partialr p̄ſtat: Marie ꝟo totalr. Bñ plena: qꝛ ei⁹ intellect⁹ plen⁹ claritate affect⁹ caritate: corpus puritate: man⁹ pietate. Tertia ē corporalis xp̄i p̄ntia. vñ dicit. Dñs tecū. Jpſa. n. meruit ꝯcipe xp̄ʒ: qꝛ ipſa fuit repleta tāta gratia: q plus potuit mereri: qꝫ aliq pura creatura: vel ēt oēs ſimul. Eſt tñ ſciēduʒ q triplex ē meritū. ſ. meritū ꝯgrui. ſ. qñ aliqs diſponit ſe ad recipiendū gratiā: quātum poteſt. ſ. per ꝯtritionem ⁊ ꝯfeſſionē. Si autem hic cōtinuat: tunc per aliqđ inſtās illi⁹ temporis meretur accipere gratiā de cōgruo.

¶ Aliud eſt meritū digni. ſ. quando aliquis iuſtus alteri īpetrat gratiā. 3m eſt meritū de ꝯdigno: ſic q̄ hꝫ grāȝ d ꝯdigno merer̄ glīam: q̄r ꝓportio eſt inter grāȝ ⁊ gloriā. Ut qui habꝫ grāȝ mereatur gloriā. His viſis dico ꝙ beata virgo ante euāgelicaȝ ſalutationem meruit xp̄ꝫ concipere de congruo: ⁊ fuit puella caſtiſſima. Humillima ⁊ benigniſſima. Sed poſt angelicaȝ viſitationē ⁊ ſpiritus ſancti ſuperuētionem meruit xp̄m concipere de digno: quia tunc fuit repleta tanta gratia: ꝙ fuit digna cōcipere xp̄m. Unde eccl'ia dicit̄ d ea in collecta Ut dignū filij tui habitaculum effici mereretur ⁊c. Sed de ꝯdigno nō meruit concipere xp̄m: ⁊ eſſe mater filij dei: ⁊ ꝙ deus fieret homo: in ea excedit merita cuiuſcunq; creature. vñ Ber. dicit. Dñs pater tecū qui genuit quē cōcipis. Dñs ſpiritus ſanctus tecum: de quo ꝯcipis. Dñs filius tecum. quem carne īduis

¶ Quarta eſt ſingularis ſuper oēs excellentia. Bñdicta ingt tu in mulieribus. i. ꝑ luſq̄ oēs mulieres: ⁊ hoc ꝓpter quatuor que fulſerunt in eius carne: q̄r fuit virginitatis primiceria: ſine corruptione fecunda: ſine grauedine grauida: ſine dolore puerpera. Et ideo Ber. dicit. Benedicta eſt inter oēs mulieres: Cuius virginitati additur fecūditas: ⁊ fecunditati ī ꝯceptu ſctitas: ⁊ ſctitati ī partu iocūditas.

¶ Secunda ꝯcl'o eſt ꝙ virgo glorioſa apud deum gratiā inuenit propter quattuor moralia ornamenta. ¶ Primū eſt modeſtia: quia audit et tacet. Ipſa ſꝫ Tulliū: eſt pudor boneſtatis purā ⁊ ſtabilem operans auctoritatem. Prouidor. n. qui eſt timor turpitudinis vel fuga rei indecentis declinando indecentiaȝ in exterioribus: efficit ordinationē exteriorē que modeſtie eſt. Unde modeſtia cauet indecentiam in verbo: in riſu: in motu corporis: ī mēbrorum ſitu: in habitu: in cultu: in occupatiōe vel actu: vt pꝫ in virgine. ¶ Secundum eſt verecundia: q̄r turbata. Nō fuit iſta turbatio ire vel doloris: ſꝫ pudoris ⁊ admiratiōis inuens verecundiam: que eſt color oium virtutum. vnde Ber. ſuper canti. dicit. Neſcio an quicq̄ȝ gratius verecundia aduerti in morib⁹ bonum queat: que eſt certe omnium etatuȝ ornamentū: ſed tenere gratiaȝ verecūdie in teneriori etate āplius pulchriuſq̄ȝ niteſcit. Quid amabilius verecundia in adoleſcente: q̄ȝ pulchra hec: ⁊ q̄ȝ ſplendida gēma mox in vita in vultu adoleſcentis. Ipſa enim eſt nuncia bone indolis: ⁊ virga diſcipline: ſoror ꝯtinētie: iudiciū columbine ſimplicitatis: teſtis innocētie: lampas pudicitie: mentē iugiter lucēs: vt nil in ea turpe reſidere attemptet: qđ non illico prodat. Expugnatrix malorū: propugnatrix puritatis innate: ſpecialis gloria ꝯtinētie: fame cuſtos: vite decus: virtutis ſedes: virtutum primitie: nature laus: ⁊ īſigne toti⁹ boneſtatis. ¶ Tertium eſt prudentia: q̄r cogitabat ſtatim prebere aſſenſum differebat: ne exemplum leuitatis ex ea ſumeretur: q̄r qui cito credit leuis eſt corde. Unde q̄r ꝑp incōſuetaȝ ſalutationē intellect⁹ virginis rapiebatur in admirationeȝ: reputabat ſe indignā tanto myſterio adaptandā. Et ideo audito verbo: prudenter reuoluit in cogitatiōe ſalutationis qualitatem: vt ſic ad ꝯſenſuȝ ordinate duceretur. Ad hoc. n. expediebat prudentia: que non ſolum quid: quando ⁊ qualr̄ ſit agēduȝ, Sed etiam mouet voluntatē: vt appetat bonū poſt iudicium ⁊ fugiat maluȝ. Et ideo Aug. dicit. Prudentia eſt amor ea quibus adiuuatur in deum pre hijs quibus impeditur ſagaciter eligens.

¶ Quartuȝ eſt ꝯſtantia: quā habuit ex angelica ſalutatiōe di. Ne timeas Maria. Iſta confortatione indigebat: vt modus īſinnuaretur. Naȝ in hijs que ſunt ſupra naturā opꝫ humanū gen⁹ informari de mō ꝯtingēte rei: vt poſſibilitas euēt⁹ rei ⁊ ſupnāli ſaltē agēte oñdat̄. vñ ſic ꝯfirmata: de dñi beneficio ꝯfiſa conſtanter ꝯſenſum dedit. Et ideo dicitur: ꝙ ꝯſtātia eſt animi ſtabilitas firma ⁊ in ꝓpoſito perſeuerans. Unde a ꝓpoſito recedendū eſt: cum creditur deo diſplicere: ⁊ tunc ꝑſeuerandum eſt: cū creditur ei placere. Et ideo virgo glorioſa per angelū fortificata: de diuino beneplacito prebuit aſſenſuȝ: ⁊ inuenit gratiam. Unde dicitur. Inueniſti gratiaȝ apud deuȝ. ſ. oīpotenteȝ: cui nihil eſt īpoſſibile. vnde propter iſta ornamenta ad hoc opus peragendū inuenit gratiam coram oculis dñi. Et ideo dicit Berna. Qđ audiuit ⁊ tacuit modeſtie eſt: ꝙ turbata fuit verecūdie virginalis: ꝙ timor per angelum remouetur conſtantie eſt: ꝙ cogitauit prudentie fuit ⁊ diſcretionis.

Tertia conſideratio.

C Irca tertiaȝ ꝯſiderationē: que eſt de prolis ꝯmendatione glioſa: cū dr̄. Ecce ꝯcipies ⁊c. vbi ſūt. 7. ꝯcl'oes.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ huius benedicti filij conceptio d virgine fuit propter quatuor.

¶ Primo propter patris dignitatem. Nam
cum xp̄s ſit verus ⁊ naturalis dei filius: non
fuit ꝯueniēs vt aliuꝫ p̄reꝫ hr̄et q̄ꝫ deū: ne dei
dignitas trāſferetur ad alium. ¶ Scđo con-
gruebat ꝓprietati filij: que quideꝫ eſt verbum
dei. Uerbū auteꝫ abſq̄ꝫ omni corruptiōe cor-
dis ꝯcipitur: quin imo cordis corruptio perfe
cti verbi ꝯceptionē non patitur: qꝛ igitur caro
ſic fuit a verbo dei aſſumpta: vt eſſet caro ver
bi ꝯueniens fuit: vt etiam ipſa ſine corruptiōe
matris ꝯciperetur. ¶ Tertio ꝯgruebat digni
tati humanitatis xp̄i: in qua locum peccatum
hr̄e nō debuit: ⁊ ꝑ quam peccatū mundi tolle-
batur: ſꝫ illud Joh. p°. Ecce angelus dei ⁊c̄.
Nō poterat eſſe ꝙ in natura iam corrupta ex
ꝯcubitu caro naſceretur ſine infectiōe origina
lis peccati. vnde Aug. Solus nuptibilis cō-
cubitus in matrimonio Marie ⁊ Joſeph nō
fuit: qꝛ in carne peccati fieri non poterat: ſine
vlla carnis ꝯcupiſcentia: que accidit ex pecca-
to: ſine qua ꝯcipi voluit qui futurus erat ſine
peccato. ¶ Quarto ꝯgruebat pp̄ fineꝫ incar-
natiōis xp̄i: que ad hoc fuit: vt hoīes renaſce-
rentur in filios dei: nō ex volūtate carnis: nec
ex voluntate viri: ſed ex deo. Cuius rei exem
plū apparere debuit in ipſa ꝯceptiōe xp̄i. Un
de Aug. dicit. Opꝫ caput noſtruꝫ inſigni mi
raculo ſm̄ corpus naſci de virgine: vt ſignifi
caret ſua mēbra de virgine etiā ſm̄ ſpiritū na
ſcitura. De iſta ꝯceptiōe dicitur Yſa. 7. Ecce
virgo ꝯcipiet. Et eccleſi. 26. Innoua ſigna:
īmuta mirabilia. Sunt. n. mutata in melius:
qꝛ olim homo voluit fieri deꝰ: ⁊ iā deus factꝰ
eſt homo. Olīꝫ de viro facta eſt mulier. Nūc
de muliere factus eſt vir. Et bene mirabilia:
qꝛ primū vltimatur: infinitum terminat̄: eter-
nitas tēporatur: virginitas fecūdatur: diuini
tas humanatur. Unde dicit̄. Cōcipies in vte
ro: nō ab extrinſeco pricipio: ſicut alie mulie-
res: ſed ab intrinſeco .i. ſpiritu ſancto. Et pa-
ries. ſ. ſine dolore filiū: nō ſolū tuuꝫ: ſed etiaꝫ
dei: ⁊ ideo ſimplr̄ dicit filiū nō đterminādo.
¶ Secunda ꝯclō eſt: ꝙ huius ꝓlis nomē eſt
Jh̄s: qđ interpretatur ſaluator. Cū. n. nomen
ꝓprietati reꝝ correſpondere debeat: iuſte hoc
noīe appellādus fuit: qꝛ ab effectu ſaluatōnis
hoc nomen impoſitū eſt. Ipſe eniꝫ vult hoīes
ſaluos fieri. ſ. volūtate antecedēte. vñ Matt.
primo. Uocabis nomen eius ih̄ꝫ. Ipſe enim
ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ. Intelli-
gendum tn̄ ꝙ hoc nomen Jeſus conſequitur
quadrupliceꝫ vtilitatem. ¶ Prima eſt venia
peccatoꝝ. Actuuꝫ. 10. Huic oēs prophete te
ſtimonium perhibēt remiſſioneꝫ peccatorum
accipere per nomē eius. vnde Augu. Quid
eſt ih̄s niſi ſaluator? Igitur pp̄ temetipſuꝫ eſto
mihi ieſus. In cuius figura eſt ei impoſitū in
circuncifione innuens ꝙ ꝑ hoc nomen Jeſus
circuncidamur a peccatis. ¶ Scđa eſt gratia
donoꝝ. Luc. 2°. Inueniſti. n. gratiam apud
deum. Seq̄tur. Et vocabis nomē eius ih̄ꝫ.
vnde Ber. Jh̄s eſt mel in ore: Melos i au-
re: Jubilus in corde. ¶ Tertia eſt victoria
inimicoꝝ. Luc. 10. Dn̄e etiaꝫ demonia i tuo
noīe ſubijciuntur nobis. vnde Ber. Preci-
piens demoni: vt in noīe ieſu de obſeſſo exi-
ret ait demō. O terribile nomē cogis me exi-
re: ⁊ exiuit. ¶ Quarta eſt gloria premiorum
Actuū. 1. Hic ieſus qui aſſumptus eſt in ce-
lum ⁊c̄. Qui in celuꝫ vult aſcendere: hoc no-
men ieſus dꝫ inuocare. Unde nō eſt aliud no
men ſub celo: in quo oporteat hoīes ſaluos fie
ri. Et ideo Petrus rauanenſis dicit. Jh̄s eſt
nomen qđ dedit cecis viſuꝫ: ſurdis auditum:
claudis curſum: mutis ſermonem: mortuis
vitam: obſeſſis demonis eiectionem. Unde
Jeſus dicitur ſaluator.
¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ iſte puer vocatus eſt tri
bus prerogatiuis. ¶ Prima eſt magnificen
tia. vnde dicitur. Hic erit magnꝰ: qꝛ magnū
opus pretendebat facere: qđ erat oībus gaudi
oſum: Angelo dicente. Annuncio vobis gau
dium magnū: qđ erit omni populo. Et perti-
net ad ſāctitateꝫ. Exo. 15. Magnificus in ſan
ctitate. Qđ pꝫ ratione. Nā magnificentia in-
tendit opus magnū facere: vt pꝫ ex eius noīe.
Opera autē ab hominibus facta ordinantur
ad aliquem finem. Nullus auteꝫ finis huma
norum operuꝫ eſt ita magnus ſicut honor dei
Et ideo magnificentia precipue magnū opus
facit in ordine ad honorē dei. Unde. 4. ethi.
dicitur ꝙ honorabiles ſumptus ſunt qui per-
tinent ad diuina ſacrificia. Et circa hec ſtudet
maxime magnificus. Et ideo magnificentia
coniungitur ſanctitati: quia precipue eius effe
ctus ad ſanctitatem ordinat̄. Unde merito de
betur ſibi magnificentia: qꝛ hoc opus magnū
ſcilicet noſtra redēptio ordinabatur in laudeꝫ
⁊ honorem dei: ad quod perficiendum nullus
alius ſufficiebat. Unde Ber. Hic eſt ille qui
eſt magnus deus: futurus magnus homo:
magnus doctor: magnus propheta.

¶ Secunda eſt oīpotentia. vnde dicit᷑. Et fi-
lius altiſſimi vocabit᷑. ſ. inq̄ztum deus ꝑ eter
nam generationem. Pſal. Ex vtero ante lu
ciferꝫ genui te. Sed inq̄ztum hō vocat᷑ altiſſi-
mi filius ꝑ gratiā vnionis. Joh. p̊. Vidimus
gl'iam eius q̄i vni. Altiſſimus aūt dicit᷑. qꝛ al-
tus hō: altioꝛ angl's: altiſſim⁹ deus. Q̄ð aūt
filius ſit oīpotens pꝫ: quia cuꝫ ſit filius dei: ⁊
deus eſt oīpotens. Igit᷑ ⁊ filius. Q̄ð aūt d̄s
ſit oīpotens: pꝫ. Deus eſt quo magis cogita
ri non pōt. Maius aūt eſt oīpotentiaꝫ habere
q̄ꝫ qualēcunqꝫ potentiā: cui deſit aliq̄d de ple
nitudine potētie. Ergo qꝛ eſt oṗs: colligit᷑: ꝙ
oīa pōt queccunqꝫ poſſe potentia eſt. vnde no
tandum ꝙ quatuoꝛ ſunt modi impoſſibiliū.
¶ Quoddaꝫ eſt qð dicit᷑ impoſſibile ſimpl'r:
qꝛ nullius agentis ſubiacet ptāti: ſicut creare
aliuꝫ deum. ¶ Scðm eſt impoſſibile ſm q̄d
quod nō ſubiacet ptāti alicuius agentis limi-
tati. ſed bene ſubiacet voluntati diue. ſicut ꝙ
virgo pariat eſt impoſſibile ſm nām. ¶ Ter
tium eſt impoſſibile ꝑ accidens: qð per ſe non
eſt impoſſibile ꝑ nāꝫ: ſed ſub rōne preteriti tē
poris: vt ꝙ p̄teritum nō fuerit: ⁊ ſic ꝙ viola-
ta nō fuerit corrupta. ¶ Quartum eſt incom
poſſibilium: vt ꝙ idem ſit album ⁊ nigꝛ. Li
cet igitur deus nō poſſit impoſſibilia ſimpl'r:
qꝛ eorum impoſſibilitas accipit᷑ in habitudine
ad ipſum. Nec impoſſibile per accñs: qꝛ ſolo
eo p̄uatur deus vtiqꝫ ingenita facere ea q̄ fa-
cta ſunt. Nec impoſſibilia: qꝛ tunc poſſet face
re eundem hoīem ⁊ aſinum ſiml': tamen bene
pōt facere impoſſibilia ſm q̄d: qꝛ plura poteſt
deus facere: q̄ꝫ intellectus noſter intelligere.
ſicut docet Ylarius de tri. ⁊ tamē intellectus
noſter pōt plura intelligere: q̄ꝫ natura pōt fa-
cere: vt pꝫ in abſtractionibus multis. Q̄ð au
tem filius ſit oṗs: pꝫ. qꝛ hoc ꝯuenit ſibi ſm di
uinam nām. ſed reconciliari h̄ ꝯpetit ſibi vt ꝑ
ſone. vnde ſi dicatur. Chriſtus hō oṗs: h̄ nō
eſt ſꝫ ꝙ hō. Cuꝫ aūt dicit᷑. pōt recōciliari: iſtð
ꝯpetit ſibi ſm vtranqꝫ nām: ſed ſm diuinam
tanq̄ꝫ ſꝫ cām primam: ſm humanam: tanq̄ꝫ
ſm ꝓximam. ¶ Sed querit᷑. Chriſtus non
dicitur oṗs ſm humanaꝫ nām: ſicut oīſciens
qꝛ oīſciens nō opponit᷑ creature: ſed omnipo
tens q̄m eſſe creature eſt ab alio. Omnipotē-
tie vero nō potuit᷑ eē ab alio. ¶ Tertia eſt pru
dentia ſiue ſapia: q̄ quandoqꝫ ꝓ eodem ſumū
tur: vt dicit᷑ ꝓuer. 16. Qui ſapiens eſt corde:
appellat᷑ prudens. Hic ad regendum multū

eſt expediens. vnde. Dabit illi. d. d. ſ. d. pa.
eius: ⁊ re. ⁊c. Q̄ð autē ſapientia valeat ad re
gendum: patet in diſcretis. vbi dicit Ariſto.
Primo ⁊ p̄ncipaliter ꝯuenit regi q̄ztum ad ſe
ipſum: vt fama ſui nois diuulget᷑ in laudabili
ſapientia: ꝙ ſuis hoībus ratiocinet᷑ ſapienter
qꝛ inde laudatur ⁊ honorat᷑ ab hoībus: quan-
do vident eum in ſua ſapientia loquentem: ⁊
in opibus prudenter agentē. ¶ Etiam valet
prudentia: qꝛ hēt excutere cās. vnde Seneca
Prudentis ꝓprium eſt examinare cōſilia: ⁊
non cito facili credulitate ad falſa ꝓlabi. Pru
dens nō niſi iudicio credit: ⁊ non niſi exami
natam ſniam in ꝯſenſum admittit. vnde Se-
neca. De dubijs nō diffinias: ſed ſuſpenſam
tene ſententiā: ⁊ nihil affirmes. vnde dicitur:
Et dabit: quaſi dicat ꝓpter hanc ſapientiam
dabit ei dñs deus ſedem dauid. i. ſucceſſionē
in regno. Yſa. 9. Super ſolium dauid ⁊ ſup
regnum eius ſedebit in eternum: ⁊ regnabit
in domo iacob: non ſm ſucceſſionem carnis:
ſed fidei in oībus electis in eternum: qꝛ hic ꝑ
gr̄am: ⁊ in futuro per gloꝛiā. Et regni ei⁹ nō
erit finis: qꝛ eternal'r regnabit deus in ſecl'a.
¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ Maria de conce
ptione certificata per angelum, ꝓpter votuꝫ ca
ſtitatis emiſſum: de re tamen non dubitans:
modum inq̄rere cepit. Nouerat. n. modum:
quo p̄mus homo factus fuerat ſine viro ⁊ mu
liere. Item mulier de viro ſine muliere. Iteꝫ
quomodo homo de viro ⁊ muliere. Sed qꝛ
non nouerat alium modum: ideo q̄rit dicēs.
Quomodo fiet iſtud quoniam virum non co
gnoſco? id eſt nunq̄ꝫ me cognoſciturā propo
no vt. ſ. virgo mente ⁊ carne permaneam.
Quomodo ergo fiet iſta conceptio? quaſi di-
cat: licet verum matrimonium contraxerim:
hoc tamen non derogat voto vere virginitatis
Nam matrimonium eſt conſenſus in carna-
lem copulam altero coniugum petente. Si
ergo conſtaret per reuelationem ipſi femine:
ꝙ nunq̄ꝫ vir ab ipſa debitum peteret. Cum
vero voto caſtitatis poſſet ſtare verum matri
monium: quia nunq̄ꝫ carnalis copula ſeque-
retur: ⁊ ita fuit in ꝓpoſito: quia virgini gloꝛi
oſe reuelatum fuit: ꝙ nunq̄ꝫ ab ea Joſeph de
bitum peteret.
¶ Quinta concl'o eſt: ꝙ licet beata virgo fue
rit vera mater chriſti: ſm illud Luc. p̊. Ecce
ꝯcipies ⁊ paries filium. ⁊ illud Joh. 12°. Vi
dit Jh̄s matreꝫ: tamen maternitati eius non

derogat: q talis icarnatio ſpūi ſctō appropriat
cū dicit. Spūs ſanctus ſupueniet in te: ⁊ vir
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Glo. Filius in
telligitur cū dicit. Uirtus. Prima corin. 1°
apl's dicit christum dei virtutē. Pater intelli
gitur cū dicit altiſſimi. Uirtus ꝗ altiſſimi. i.
filius dei obumbrabit tibi. i. de te corpus qua
ſi vmbraculum aſſumit: in quo deus abſcon
dit ſe. Yſa. Uere tu es deus abſconditus.
Sic apparet q hanc incarnationē tota trini
tas ſimul opata eſt: valde diſcrete tamē appro
priat ſpūs ſancti incarnatōis opationem: cum
dicit. Spūs ſan. ſu. ſed filio carnis aſſumpti
onem: ibi. Et virtus ⁊c. ſed patri auctoritatē
ibi. Altiſſimi. vnde lʒ ſpūs ſanct⁹ dederit ſibi
virtutē gnātiuam: ideo nō minus dicit virgo
mater nālis: tum qꝛ hūit in ſe nālem fecundita
tem ⁊ pn^{m} naturale actiuum ꝯcipiendi: ⁊ nō
fuit ſterilis. Ratio eſt. Nam qn̄ duo agentia
ꝯcurrunt ad aliquē effectū. ſic q vnū eſt tan
quam agens pncipale: ⁊ aliud tanꝙ agēs mi
nus pncipale: tunc nunꝙ agens minus pn
cipale: eſt in potentia ꝓpinqua ad talem effcū
non ꝯcurrente agente magis pncipali. nō ta
men agens magis pncipale dat agenti min⁹
principali aliquā formam ſeu virtutē abſolu
tam. quam nō habet. ſed q agens minus pn
cipale agat in virtutem agentis magis pncipa
li. ſed ſpūs ſanctus in generatōe chriſti eſt tan
quam agens magis pncipale. Btā aūt virgo
agens minus pncipale. Igit btā virgo in ge
neratiōe corporis chriſti nō potuit eſſe in po^{a}
ꝓpinqua reſpectu talis effectus: niſi mediāte
actione ſpūs ſancti: non tn̄ q ſpiritus ſanctus
dederit ſibi aliquā formam abſolutā: quā nō
habuit: ſed q ſolum ipa nō potuit in effectum
corporis chriſti ſine coopatione ſpiritus ſcti.
Sed ſi accipitur mater nālis: qꝫtū ad actus
exercitationē: vel in ordine ad actus reducti
onem vt ſic nō fuit mater naturalis chriſti: qꝛ
eius naturalis fecunditas nō fuit reducta ad
actum ſaltem ꝑ virtutem nālem. Et ideo Da
maſcenus dicit: q ſicut ſol dat virtutem plan
te: ſic ſpiritus ſanctus Marie. Et ideo addit.
Quod naſcetur ex te: ſanctum vocabitur fili⁹
dei: quaſi dicat. Quicquid ſit q Maria ſctifi
cata ⁊ ſpū ſancto preuenta: ⁊ virtute altiſſimi
obumbrata genuit: hoc vtiqꝫ ſanctum fuerit.
Et dicit. Vocabitur ſcilicet vera appellatiōe
filius dei: non adoptione: ſed naturali origi
ne: vt ſic deus pater ⁊ Maria hēant vnū filiū

¶ Sexta ꝯclō eſt: q virgini huius conceptio
nis ſeu incarnatōis chriſti poſſibilitas oſtēdi
tur per ſimile ſcilicet per conceptionem ſterilis
mulieris. ſ. Elyſabeth. Hoc nō tamen minu
it meritum fidei: ſed ꝯſecrauit: qꝛ remouit im
pedimenta fidei: oſtendendo nō eſſe impoſſi
bile qđ in fide ꝓponitur. Nam hō cum habʒ
ꝓmptam voluntatem ad credendum: diligit
voluntatem creditā: ⁊ ſuper ea excogitat ⁊ am
plectitur: ſi quas rationes ad h̄ inuenire pōt.
Et ſic ratio humana nō excludit meritū fidei:
ſed eſt ſignum maioris meriti. Et hoc figurat
Joh. 4. Ubi ſamaritane: per quam ratio hu
mana figuratur: dixerunt. Jam nō ꝓpter tuā
loquellā credimus. Sic virgo hac ratione ad
credulitatem nō ducit: ſed in fide ſolidatur.
Et ideo adducit exemplū ad maiorem certitu
dinem: dicens. Ecce elyſabeth: qſi dicat. Tu
Maria vt dixi concipies ⁊ paries. Et vt faci
lius credas. Ecce elyſabeth cognata tua ⁊ ipa
⁊ cetera. Quod etiam erat ſupra naturā: que
erat ſterilis de ſe. ſed nunc fecundata ex dina
virtute. Et tu ſimiliter nō dubites: quia conci
pies ⁊ paries filium per ſpūs ſancti opatōē.
Quia nō erit impoſſibile apud deum ⁊c. Et
omnis res digna verbo: vel omne factibile:
de quo ꝯceptibile eſt verbum: ⁊ omne qđ nō
implicat ꝯditionem: ⁊ omne tale habet rōem
factibilem. ⁊ ſi nō reſpectu virtutis create: ſal
tem reſpectu virtutis increate. Et dicit omne
verbū: ⁊ non omne factum: qꝛ ſm Ber. So
li deo idem eſt facere: ⁊ dicere: ⁊ velle.
¶ Septima cōclō eſt: q licet beata virgo per
virginitatem deo placuit ſm Ber. tamē per
humilitatem ꝯcepit ipſa. vnde Jheronymus
Ipſa virgo beata deum de humilitate laudat
⁊ ſeipam quodāmodo. ſʒ deum pcipue dicēs
Magnificat anima mea dominum ⁊c. Quia
reſpexit humilitatem ancille ſue ⁊c. vnde ſolū
de humilitate: nō de virginitate: nec de ceteris
virtutibus ⁊ ꝓrogatiuis ſuis facit virgo mē
tionem. Unde qꝫuis caritas ſit oīum virtutū
mater origine ⁊ informatione: tamen humili
tas eſt mater omnium virtutum conſeruatōe
Unde dicit Auguſti. q caſtitas ⁊ virginitas
eſt virtus. Sed huius virtutis cuſtos eſt hu
militas. vnde additur. Ecce ancilla domini.
Ber. Non audet virgo petere: vt fieret ma
ter dei: niſi diceret. Fiat mihi ſm verbū tuū
quia tanꝙ humillima ſe indignā reputauit.

¶ Feria ſexta quatuoꝛ tempoꝛum. Sermo.

Ecce concipi
es ꝛ paries filiuꝫ. Luc. 1°
Quia ſm Aug. in rebus
per tp̄s exoꝛtis: illa ſum-
ma gratia eſt: qua homo i
vnitate pſone vnitus eſt
deo: qꝛ in tali vniōe humana nā ē ineffabilit
ſublimata. Eius btitudo eſt poſſibiliter pre-
oſtenſa: ad amicitiaꝫ dei eſt miſericoꝛditer re
uocata. ꝛ que ad oēs defectus eſt totaliter re-
ſtaurata. ꝛ qꝛ poſſibilitas ſpūalis cōceptionis
nobis oſtendit in tali ypoſtatica vnione. ideo
in verbo ꝓpoſito: ꝓ excitat nos ad intuenduꝫ
huius ꝯceptionis ꝯplementū. Et h̄ in huius
aduerbij demōſtratione. Ecce ꝯcipies ꝛ pies
¶ Scd̄a tangit eius fructū ꝯſecutiuum. ibi.
Filiū ꝛc. Et vt videam⁹ de iſto cōceptu ꝛ ptu
ſpūali in mēte deuota. Sunt due ſideratōes.
¶ Prima eſt de eius poſſibilitate. ¶ Secū
da de modo: qui ponitur in euangelio.

Prima ꝯſideratio.

Circa primam conſiderationeꝫ ſunt
quatuoꝛ concluſiones.

¶ Prima ꝯclō eſt videre qd ſit cō
ceptio ſpūalis in mēte deuota. vbi ſciendū ꝙ
ſicut videm⁹ in ꝯceptōe nālı: ꝙ tunc ſm vnū
modū fit ꝯceptio ꝓlis: qñ aīa infundit coꝛpo
ri oꝛganizato. ſic etiā fit ꝯceptio ſpūalis xp̄i in
aīa deuota: quādo ipſa oꝛganizata. i. hitibus
dignificata. ſ. hitu fidei in intellectu: ꝛ hitu ca
ritatis in affectu dīne gratie fluenta recipit: cō
cipiendo ꝓpoſitum bone volūtatis: ꝯformabi
le dīne volūtati. vbi innuit: ꝙ ſubiectū huius
ꝯceptōis dꝫ eē diſpōtuꝫ. Ad qđ tria regrunt.
¶ Primū eſt lumen fidei in itellectu: quo. ſ.
ſup nos videam⁹ dei miſericoꝛdiā: alliciente
infra nos dīnaꝫ iuſtitiā remuneranteꝫ: in no
bis nāꝫ deficientē: retro nos culpā inficientē
ante nos gehēne penā: nāe moꝛtē: ꝛ imutabi
litatem ſnie ꝯminanteꝫ. ¶ Scdm̄ eſt caritas
in affectu. Nā ſcti ponunt caritatē in aīa: nō
pp̄ neceſſitatē acceptōis dīne: ſed ſolū ex qua
dam ꝯdecētia dignitatis: qua dñs ſtatuit oēꝫ
hñtem hitum caritatis: eſſe dignū vita eter-
na. qđ fuit ꝯſonum rōni: vt aīa attingens vl
timam pfectionem nāe intellectualis: q̄ eſt bti
tudo: diſponeret hitibus ꝯdignis ad eaꝫ. vn
de ſeqtur documentū: qꝛ ꝙ non eſt meritoꝛia
actio: non pōt hr̄i dīna acceptio ſine caritate.
Ideo ſumme qſqꝫ ſe dꝫ diſponere q̄ꝫtum pōt
ad eam hñdam. Nam ipa deo impēſa eꝫ° a
deo rependit. ꝛ ideo nihil deſiderabilius: q̄ꝫ
deum diligere: qꝛ cuꝫ oīs readamatio ſit defe
ctuoſa ꝛ piculoſa: ꝓpꝛioqꝫ cōmodo innixa.
Et ideo in actu ſuo nō pōt habere puritateꝫ ꝛ
veritatem ſine admixtōe falſitatis. ꝛ h̄ ſolum
in readamatione diuina inuenit: ꝙ ſine defe
ctione amat in oꝛdine ad ſummū bonuꝫ. ſ. ad
ſui cognitionem: fruitionē ꝛ amoꝛem. Ideo
non eſt herendū amoꝛi cuiuſcūqꝫ creature nō
habentis oꝛdinationē in finem. ¶ Tertium
eſt aſſiſtentia dīne gratie: qꝛ nullus pōt pſeue
rare in bono ſine gr̄a. ¶ Ratio eſt: qꝛ omne
quod eſt vertibile de bono in malum: ad h̄ vt
figatur in bono: indiget auxilio mouētis imo
bilis. ſed hō ſicut eſt vertibilis p liberꝫ arbitri
um. Opꝫ igitur ꝙ per gratiā ſtabiliat: vt pſe
ueret in bono. vnde ad phili. ꝑ. Qui cepit in
nobis opus bonū: pficiet vſqꝫ in diē ihu xp̄i.
¶ Scd̄a ꝯ° eſt: ꝙ hec ꝯceptio eſt poſſibilis.
¶ Ratio eſt. Nā ſicut videmus ꝙ poſſibile
fuit realr̄ verbū ꝯcipi ꝛ naſci: ſic reuera poſſi-
bile eſt mentalr̄ etiā cōcipi ꝛ naſci. vnde dicit
Aug⁹. ꝙ virgo btā prius ꝯcepit mēte q̄ꝫ coꝛ-
poꝛe: ꝛ beatioꝛ extitit ꝯcipiendo ſpūalr̄ q̄ꝫ coꝛ-
poraliter. Sꝫ aīa beate virginis eiuſdem eſt
ſpēi cum aīa cuiuſcunqꝫ alterius hoīs: q̄ꝫuis
gratijs ꝛ donis ſup alias aīas ſublimata fue-
rit. vnde ſicut ipſa hūit poſſibilitatē quocunqꝫ
mō ad ꝯcipiendum verbuꝫ increatū: ita ꝛ aīa
cuiuſcūqꝫ alterius. ¶ Eſt tñ notandū ꝙ tria
impedimenta huius ꝯceptōis remouentur.
¶ Primū eſt quō eternū ꝛ increatum eēt ab
aliq̊ creato ꝯceptū. ſ. verbū increatū a mēte gi
gnente. Hoc remouet: qꝛ iſta gignitio verbi
ſpūalis non eſt aliud: niſi notitia vel ꝯceptus
nr̄i ad verbuꝫ increatū: terminatio obiectiua
Et iō increatū nō incipit eē ſimplr̄ a creato lꝫ
incipiat eē p cognitionem in cognoſcente.
¶ Scdm̄ eſt: qꝛ nō eſſet ſubſiſtēs: cuꝫ verbū
nr̄m ſit inherēs. Hoc ēt ſoluit: qꝛ nō eſt ver
bum volubili cogitatōe dictū: ſꝫ ꝯceptus a vo
lubili cogitatōe formati terminatū. Et iō pōt
eſſe in mēte vt ſubſiſtēs. ¶ Tertiū eſt: qꝛ nō
eſt eiuſdē nāe nobiſcū. Hoc ēt ſoluit: qꝛ iſta
ſpūalis notitia nō regrit tantā parentis ꝛ ꝓ-
lis identitatē. Sed ſufficit identitas talis vni
onis intellectualis vl̄ ſpūalis. ꝛ ſic nihil eſt
qđ impediat huius partus poſſibilitatem.

ℭ Tertia ꝯclō eſt videre qd ſit parturitio ſpi
ritualis: qꝛ omnis ꝯceptus eſt letalis: quem
parturitio non ſeqtur. vnde egrotat aīus: do
nec ad ipſꝫ perueniat: ⁊ quaſi ſit partura. Di
citur aūt parturitio ſpūalis: regnātio mentis
in deum: ꝑficiendo actu: qđ ꝯceptum erat per
gratiā ſpūs ſancti mundātem vel ſctificantem
⁊ in bono ꝯfirmanteꝫ. vnde tangit duplex ef
fectus. ſ. ꝙ talis regeneratio pōt eſſe duplex:
. ſ. cōis. ⁊ hec mundat a culpa. vñ dic̄. Per
gratiā ſpūs ſcti, mundāteꝫ. Cōfert. n. ſctitatē
⁊ imunitatē a culpa. vnde Diony. Si eſt ſan
ctitas: eſt ab omni imundicia libera ⁊ ꝑfecta:
⁊ imaculata mundicia. Eſt etiā regeneratio
ſpūalis: que nō ſolum mundat ab omni culpa
⁊ immundicia: veꝝ etiā cōfirmat in bono: vt
non poſſit qs peccare mortalr̄: ⁊ ad venialia
minus eum inclinat fomes. ℭ Sed heu qui
dam hunc ꝑtum ſuggeſtione maligna: exem
plo ꝑnicioſo: ⁊ ſcandali occaſione nitunt̄ ſuffo
care. quos Ber. repꝑhendit dicens. Herodi
ana malicia ⁊ babilonica crudelitas eſt: naſcē
tem religionem extinguere velle. Si qd eim
ad ſalutem ꝑtinens: ſi quid religionis oritur:
qcunqꝫ reſiſtit: quicunqꝫ repugnat: plane cuꝫ
egyptijs puulos iſrlitici germinis necare co
nantur: immo naſcentem perſeqtur ſaluatorē
ℭ Quarta ꝯclō eſt videre de ſignis ꝯceptio
nis. vbi ſciendum ꝙ ſimili mō ſicut in conce
ptione nāli. ſic etiā in ſpūali eſt. Nam mulier
imꝑgnata: corpore grauidatur: nauſeā patit̄
cibi ⁊ potus: affectat inconſueta: oculi nigre
ſcunt: facies palleſcit: ⁊ ſemꝑ triſtis incedit.
Sic reuera ſi corpus. i. aīales affectiones ra
tioni ſubijciuntur. Si nauſeā pateris. i. ſi ex
ꝯſideratione coꝝ: q̄ nobis ꝓmittuntur in ce
lo: vileſcunt aīo que habētur in terris. Si de
ſiderium tuum fertur in celeſtia ⁊ afficitur cir
ca ſpūalia: ſollicitudo qualr̄ opere perficiatur
quod in mente ꝯceptum eſt. Si oculi interio
res ex ꝯſideratione turpitudinis pctōꝝ: vere
cundia obnubilant̄. Si facies palleſcit ex car
nis maceratione. Si triſtis incedis affecta te
dio nimie expectationis eternoꝝ. Jam pro
ponendum ꝙ id quod in te natum eſt: ſanctū
a ſpiritu ſancto eſt.

Scđa ꝯſideratio.

Jrca ſecundā ꝯſiderationem: que ē
de mō conceptiōis: ſunt quatuor ex
c pedienda: ad h̄ ꝙ ſm modum ꝯce
ꝑtionis xpi in vtero natus: ꝯcipiatur in vtero
anime deuote. ℭ Et pmo reqritur angelica
annūciatio. vbi nota ꝙ timor dñi ē angls. de
quo Matth. xj. Ecce ego mitto angelum me
um ⁊c. Angelus. n. eſt nomen officij: non na
ture: qꝛ nuncius interꝓtatur. Hoc qdem con
uenit timori dñi: q mittitur a deo ante faciem
tuam: imprimendo cordi notitiā: ꝯcutiendo
ꝯſciam: conſiderādo futura gehenne ſuppli
cia: iudicis ſapiam infallibilem: potentiā inui
cibilem: ſniam irreuocabilem: ⁊ mortis certi
tudinem: ⁊ inducit peccati diſciplinā: ⁊ pniaꝫ
diſponit ad iuſtitiam. Et ſic efficitur nuncius
ſpūalis ꝯceptionis: in qua gratia acceptatiōis
ꝓmeretur ⁊ retinetur. vnde Ber. Jn verita
te didici nil ita efficax eſſe ad gratiā ꝓmeren
dam ⁊ retinendā: qꝫ ſi omni tp̄e corā deo in
ueniaris nō alta ſape ſed timere. Nō. n. qui
admitit̄ ſuperbiaꝫ: repletur timore dñi. ⁊ ſic
de ceteris vitijs ſentiendum eſt: qꝛ neceſſe eſt
oīa plenitudine timoris dñi excludi: ⁊ tūc dei
de ſi plene: ſi ꝑfecte timueris: dabit ſaporē ca
ritatis. Sine eius caritate timor penam hēt.
Timor q non eſt in caritate: cum initiat ad ſa
pientiam: neminem ꝯſumat: qm̄ ſupueniens
caritas expellit illum. Hec Ber. Et recte ti
mor hic intelligitur ꝑ angelum Gabrieleꝫ: q
fortitudo domini interꝓtatur. Nam timor ho
mines fortes facit. Prouerbi. 14. Jn timore
domini fiducia fortitudinis. Hec fiducia de
bilitatem hoīs in dei formā mutat. vñ Gre.
Jn via domini opatur fortitudinē. ℭ Secū
dum eſt diue gratie adoptio. vnde dicit. Ne
timeas Maria. Jnueniſti gratiā ⁊c. Anima
ab oibus terrenis elōgata: timet de poſſibilita
te iſtius ꝯceptus. Reputat. n. ſe indignā: di.
Quomō fiet iſtud: quaꝫ angelus ꝯfortare dꝫ
Et h̄ merito: qꝛ nulli terrene affectioni innitit̄
⁊ ideo dignum eſt: vt celeſti dulcedine fulciat̄
Et h̄ maxime fit ꝑ gratiā: qua mediante deo
fit accepta: vt digna mater ſpūalis effici merea
tur. vnde ſicut btā virgo ante angelicā annū
ciationeꝫ meruit xp̄m ꝯcipe de ꝯgruo: qꝛ fuit
puella caſtiſſima: humillima ⁊ benigniſſima.
Sic aīa deuota ⁊ ſpiritualis: qñ diſponit ſe ꝑ
virtuoſas operationes: de ꝯgruo meret̄ ſpirt
tualiter ꝯcipere xp̄m. ℭ Tertiuꝫ eſt ſpūs ſan
cti operatio. Unde dr̄: Spiritus ſanctus ſuꝑ
ueniet i te ⁊c̄. Qđ exponitur de ſpūali ꝯceptu
qui attribuit̄ ſpiritui ſctō: qꝛ non pōt eſſe: niſi
per grām ſpiritus ſancti effectiue: ⁊ ſpirit⁹ ſan
cti aſſiſtentia: qꝛ in hoc oꝑe nō ſolum efficit:

ſed etiā aſſiſtit. Et hec ſuperuētio ſpiritus ſā
cti dicitur ibi. Spiritus ſāctus ſupueniet ꝛc.
Et tūc et aīa deuota virtute altiſſimi obūbra-
tur: ꝛ ab omni carnali affectiōe refrigeratur.
Vmbra.n.refrigerat ꝛ quietē preſtat: vnde i
canticis. Sub vmbra illius quē deſiderabā
ſedi ꝛ factus ꝛc. Iſta ergo aīa deuota ſic obū-
bratur pp refrigeriū ꝛ ſedationē paſſionū. vt
imaginemur quid deitatis radij ꝛ qetis cauſa
ri ex grā. Videm9.n.ꝙ radij ſolares incidē-
tes circa aliqḋ corpus trāſparēs: ꝛ dyaphonū
ſicut eſt ſpeculū refranguntur: ꝛ ſpeculū circū
ſtant: ꝛ calefaciēdo ꝛ accedēdo magis apparet
Sic diuinitatis radij incidētes circa aīaȝ de-
uotā circunſtāt: calefaciūt: ꝛ accēdunt in amo
re diuino. Sic ꝙ ſpiritualr aīa obūbratur ſpi-
ritu ſācto ſupueniēte. Licet igitur filius ſit an
te ſpm ſāctuȝ origine pductiōis ſue. Tū ſpūs
ſācti pueniit filiū ad aīaȝ deuotā. Hoc.n.ſpiri
tualiter ſpiritui ſācto attribuitur: cuius eſt per
gratiaȝ aīaȝ ſanctificare. ¶ Quartū eſt cōſen
ſus virginis exhibitus: ibi. Ecce ancilla dn̄i.
Qḋ autē ad hanc ꝯceptiōeȝ requiratur ꝯſen-
ſus aīe ſpiritualr pregnantis: pȝ. Nō.n.pdu
citur verbū in aīa deuota: niſi volūtate antece
dente: niſi.n.per volūtateȝ haberet deſideriū
ad iſtam pductiōeȝ: ab intellectu nullatenus
pduceretur. Unde Aug. dicit: ꝙ verbū ē cū
amore notitia: amor aūt ad volūtateȝ ptinet: ꝛ
qꝛ ad hāc pductiōem reputat ſe indignā: ideo
ꝓpriaȝ humilitateȝ recognoſcit. Et nō petēdo
ſed volūtati diuine ſe coaptādo: dicit. Fiat mi
hi ſm verbū tuū. Nō vocaliter expreſſū: ſȝ
mentaliter ꝛ obiectiue in aīa gignente impreſ
ſum: nō per informationē: ſed ſubſiſtēter ſe in
tellectui repreſentādo. Et i hoc ſm Ber. Re
currebāt tua miracula.ſ. deus ꝛ hō: mater ꝛ
virgo: fides ꝛ cor humanū. Iſta.n.ſimul cō-
currūt in iſto ſenſu virginis dicendo. Ecce an
cilla domini ꝛc.

¶ Feria ſexta quatuor temporum. Ser-
mo nonus de euangelio.

Xurgens ma
ria ꝛc. Luce p°. Secūduȝ ꝙ
Ber. dicit. Iuſtus nunquā
arbitratur ſe ꝯprehēdiſſe: ſed
ſemper eſurit: ſititq̄ iuſtitiā.
Ita vt ſi ſemꝑ viueret: ſemꝑ quātum in ſe eſt
de bono in melius proficere totis viribus co
naretur. Nō ad annuȝ: ſed in eternuȝ diuino
ſe mancipat famulatu. Sempiterna itaq̄ iuſti
eſuries: ſempiternā meretur refectionē. Be-
ata igitur virgo: lȝ ꝑ aſſiſtentiaȝ diuini numi-
nis omniuȝ gratiaꝝ ꝛ virtutū perfectionē ade
pta fuerit: intantū etiaȝ: ꝙ digna mater dei eſt
inuēta. In hijs tamē adhuc noluit eſſe ꝯten-
ta: quin nō ſolum ſeipſam adhuc plus viſa eſt
proficere: ſed etiā alijs voluit oſtendere formā
pficiendi: vt etiaȝ ſic in alijs ſuū perfectū aug
mentaret. Hoc eniȝ innuitur in p̄ſenti euange
lio moralr intellecto. di. Exurgens Maria.
Vbi ſunt quatuor conſiderationes.

Prima conſideratio.

c Irca primā ꝯſiderationeȝ que eſt de
modo ꝛ forma proficiendi. Exur-
gens Maria: ſunt ſex ꝯcluſiones.
¶ Prima ꝯclō ē: ꝙ ꝯtinua occupatio laboris
maxime valet ad hoc: vt in diſciplina moꝝ
valeat quis ptingere ad pfectioneȝ virtutum:
Ut pȝ in viatore: qui viaȝ ꝯtinuat: ꝛ in labore
vie pſeuerat: ꝛ ad fineȝ ptingit. vnde Greg.
In vanum opus bonū agitur: ſi ante vite ter
minum deſeratur: qꝛ fruſtra velociter currit:
Qui anteq̄ȝ ad terminū peruenerit deficit. Et
ideo dicit apl's ad hebre.12. In diſciplina per
ſeuerate. Tanq̄ȝ filijs vobis offeret ſe d's. vn
de dicit. Exurgēs. Surgere.n.eſt ſignuȝ in
cepti laboris. Iacere ꝛ ſedere fatigationis.
¶ Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ recta ꝛ ſincera intentio la
borē boni opis ordinat ꝛ diſponit. vn̄ Ber.
Pura ꝛ ſincera intentio erit: ſi in omni actio-
ne noſtra: aut honorē dei: aut vtilitatē proxi-
mi: aut bonā ꝯſciētiaȝ queramus. Hoc eniȝ
poteſt declarari. Uidemus.n. in naturalib9:
ꝙ corpus ſimplr purum: bene ꝯtinue mouet
ſurſum: nec ſiſtit: donec ptingat ad terminū:
imo quāto plus aſcendit: tāto intēſius moue-
tur. Unde fortius mouetur in fine: q̄ȝ in prin
cipio: ꝛ in medio. Corpus vero mixtuȝ ꝛ im-
purum: lȝ q̄n̄q̄ moueatur ſurſuȝ: non tamen
continue nec directe. immo mouetur motu re
flexo. Sic ꝙ in aſcenſu paulatim reuertitur:
deinde modicū quieſcit: tandē ſubito cadit de-
orſum: vnde primo venerat. Sic ſpiritualiter
homo ſimplicis: ꝛ ſancte intentiōis: ꝛ pure in
mēte affectiōis: ꝯtinue aſcendit ad deuȝ: non
ſiſtens: nec etiam retrocedens. Figurat Eze
chiel's p°. Animalia ſancta ibāt: ꝛ non reuer-
tebantur. Unde Ambroſius. Quanto plus

appropinquat quis: tāto intētius fertur in deum. Econtra homo impurus mixtus mūdanis affectionibus ⁊ terrenis: Licet aliqñ aſcēdat ad deū p quedā opera: tñ cito reuertitur: ⁊ tepeſcit p peccata venialia: q̄ feruorē caritatis remittunt. Deīde quieſcit homo ab oībus opibus deſiſtēdo: tandem ſubito reflectitur ⁊ relabitur in peccatū: de quo primo aſcēderat. vnde dr̄. Maria. i. amarū mare. Nā mūdus noſtre ſenſualitati nunc dulcis rationi amare ſcit: ex ꝯſideratiōe deliciarū ſupnarū: in qua recta eſt intentio intellecta: q̄ actiōes īformat.

¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ lȝ ꝓficere in virtutibus ſonet quaſi imperfectum: qꝛ ſm Ber. Perfectus non hȝ quo ꝓficiat: et qui ꝓficit: eo ipſo quo proficit: pfectus non eſſe cōuincitur. Tñ in defeſſum ꝓficiendi ſtudiū: ⁊ magis conatus ad perfectionem: perfectio reputatur. Et ideo ſequitur: ꝙ ſtudere perfectioni: eſt perfectum eſſe: ꝓ certo nolle proficere: eſt deficere. Non eſt ſtare oīno in incerto huius mortalis vite: in quo nullus in eodem ſtatu permanet. Unde neceſſe eſt: vt aut aſcendas: aut deſcendas: vnde dicit Ber. Minime eſt bon⁹: qui melior eſſe nō vult. Et vbi incipis nolle eē melior: ibi deſinis eſſe bonus. vnde beata virgo abijt ad meliora proficiendo.

¶ Quarta ꝯcluſio eſt: ꝙ beata virgo eſt nobis figura proficiendi. vnde glo. ibidē dicit. Accepto virginis ꝯſenſu: celeſtia petit angelus: quem virgo ſequitur: que in montana ꝓgreditur. Sicut aīa deuota: que verbum dei concipit: virtutum cacumina ꝓgreſſu amoris cōſcendat. In ciuitatē iuda. i. confeſſionis ⁊ laudis arcem penetret. Et vſqȝ ad perfectionē fidei: ſpei ⁊ caritatis. Quaſi tribus mēſibus in ea cōmoretur. Q̄ aūtē virgo glorioſa fuit nobis figura ꝓficiendi in vita. Patet in ei⁹ quadruplici ſtatu. Nam ſi Johānes baptiſta in ſtatu ſue conceptionis: quādiu fuit in vtero matris: ſanctificatus ⁊ ſpiritu ꝓphetie ſuperfuſus fuerit: Ut xp̄m cognoſceret ⁊ exultaret Multo magis videtur: ꝙ anima virginis fuerit in vtero matris ſic illuſtrata: vt ibi vacaret contemplationi. ¶ Secundo in ſtatu pueritie ſue vſqȝ ad. 12. annos etiam floruit vita cōtemplatiua. Quia cum angelus. 12°. anno ad ipſam aduenerat: vt ferunt hiſtorie: ita ſapienter fuit angelum allocuta: ꝙ tanta ſapientia in muliere nunq̄ꝫ fuit reperta. Luce p°. ¶ Tertio in ſtatu adoleſcentie excellentiſſime floruit cū tota die myſteria ⁊ mirabilia: que fiebant circa filiū ſuū ꝯſideraret. vñ Luc. Maria aūt ꝯſeruabat oīa verba hec. ¶ Quarto ī ſtatu pfecte etatis. quādo. ſ. exiſtens. 45. annorum miſſus fuit ſibi ſpiritus ſanctus ⁊ apl'is. vnde apoſtoli poſtq̄ꝫ predicare ceperūt: ab ea fuerūt illuſtrati. Sicut dicit Ihero. ſpālıter de Johāne ⁊ de Paulo. Pȝ ergo: q̄uo nobis duas vitas ꝓficiendi figurauit. ſ. actiuā ⁊ ꝯtēplatiuā.

¶ Quinta ꝯclō eſt: ꝙ due ſunt vite: quibus melioribus fit ꝓfect⁹ ſpiritualis. ſ. actiua ⁊ cōtēplatiua. Nā vita actiua ordinat ⁊ diſponit ad vitā ꝯtēplatiuā. Unde Greg. Ad vitam ꝯtēplatiuā ordinate nō peruenitur: niſi mediante actiua: que eſt ad ipſā diſpoſitio preuia. Sicut labor eſt diſpoſitio ad requiē: ⁊ ſicut finis optatus belli eſt pax ſm Aug. Iſte due vite ſunt nobis ī ſacra ſcriptura figurate ī Lya: ⁊ Rachele. qꝛ ſm Greg. Sicut Lya tanq̄ꝫ primogenita: fuit primo deſpōſata Jacob: ſed Rachel mag' iugiter ꝯſiderata. Ita vita actiua ꝯiungitur primo viro pfecto: ſed ꝯtēplatiua magis deſiderat. Pȝ etiā de ꝯtēplatiua vita: ꝙ valeat ad pfectū. Nā ſm Dyoni. vita ꝯtēplatiua eſt aſſiſtentia ſpiritualis: qua conſiſtit aīa noſtra coniuncta deo: q̄d fit: qñ caſtiſſimis orōnibus ad diuinā ꝯtēplationem: nos reuelata mente conuertimus: ⁊ tunc nō trahimus deū ad nos: ſed potius trahimur ad ipȝ vt pȝ ī ſimilitudine. Quia ſicut illi qui ſunt in naui ligata ad lapidē in littore manentē ⁊ firmū ⁊ ſicut ſi nos volumus lapidem ad nos trahere p funem: trahimus noſipſos ad lapidem. Ita ⁊ in actu ꝯtemplatiōis nō trahimus deū ad nos: pmanentē in loco ſuo imobiliter: ſed noſipſos trahimus ad deū: qꝛ ꝯtēplatio nō eſt niſi quidā motus mentis in deū per motū: nō ducitur terminus ad mobile: ſed ecōuerſo Sic xp̄s in aſcenſione non tranſtulit ad ſe celum: ſed ſeipſum ad celū. Sed iſte motus nō eſt violentus ſed naturalis. Quia ſicut centrū trahit graue: ita vltimus finis attrahit omnē affectum ſm Aug. Hee vite ſignantur p mōtana: p que Maria feſtine: p ꝓ̄ptitudinem affectiōis cucurrit. Nā mōtana citius radios ſolares ſuſcipiūt: ⁊ ideo iocūdi. Et pp ſinuationē nō poſſunt faciliter aſcendi: ⁊ ideo ſecuri. Etiam quia ſunt cauernoſi: ⁊ ideo ſunt aquarum attractiui: ⁊ remiſſiui: ⁊ ideo communicatiui. Etiam quia ſunt metallorum nobilium contentiui: Et ideo vberes.

Sic reuera vita contemplatiua: habet iocun/ditatem: propter incboataꝫ felicitatem. Nam hij felicitatis participes ſunt effecti: guſtantes virtutem futuri ſeculi: ſm apoſtoluꝫ. Habet etiam ſecuritatem: qꝛ hij ſunt ita perfectis acti onibus accenſi: ꝙ non timent. Naꝫ pfecta ca ritas foras mittit timorem. Johãnes in cano nica. Habet etiam trãquillitatem: qꝛ virtutes ſuperiores tenent totalr̃ ſubiugatas vires in/feriores. Vñ apoſtolus. Si ſpiritu facta car/nis mortificaueritis: viuetis. Habet etiã fa/cultatem ad virtutem: Unde apoſtolus. Ca/ſtigo corpus meum ꝛ cetera.

¶ Quinta ↄclo est: ꝙ terminus huius ſpiri/tualis perfectiõis: eſt ipſa beatitudo. Nam ſꝫ Aug. Cõtemplatio diuina eſt finis omnium bonoꝝ actionũ: requies ſempiterna: ꝛ gaudiũ qꝺ non auferetur. Fine autem cuiuſlibet agẽ tis adepto: nõ reſtat niſi in ipſo qeſcere ꝛ gau dere. Unde beata virgo dicitur iuiſſe i ciuita tem iuda. Beatitudo dicit̃ ciuitas: ꝓꝑ mãſio/nem ꝛ ſecuritatẽ. Ut etiã innuit auctoritas ſu pradicta de manſione: qꝛ terminus ad quem cui aliquid imanet quieſcendo: dicit̃ mãſio ei⁹ Quia igitur talis quies ẽ in beatitudine i ma/nendo in obiecto beatifico: ſicut i termino: ad queꝫ terminatur appetitus: ideo dicitur man/ſio. Patet etiaꝫ de ſecuritate: qꝛ beatitudo eſt ſtatus omniuꝫ bonoꝝ perfectus: ꝛ ſic talis ſe curitas eſt ei intrinſeca: qꝛ eſt quoddã bonuꝫ: qꝺ bene decet habere ſanctos. Unde ẽ docu/mentuꝫ: ꝙ in hoc mũdo: quaſi in loco alieno: detinemur quaſi violenter: qꝛ manſio ꝛ locus ꝓprius aie eſt deus: ſm Aug. Unde ait apo ſtolus. Quãdiu ſumus in hoc mundo: pere/grinamur a dño. Et ad hebreos. Non habe/mus hic manenteꝫ ciuitatẽ: ſed futurã inquiri mus. Et dicitur ciuitas iude: ꝓpter ↄfeſſiõeꝫ laudis. Yſa. Gaudiũ ꝛ letitia inuenitur in ea ꝛ gratiaꝝ actio: ꝛ vox laudũ: vnde ſm Ber. diſcam⁹ in terris: quas facturi ſumus laudes in celis. Nihil ita ꝓprie celeſtis habitationis ſtatũ repreſentat: ſicut alacritas laudantiũ deũ maxime ſi de puro corde procedat.

¶ Sexta ↄclo eſt: ꝙ talem ꝛ tantã perfectiõeꝫ adepti: nõ preſumãt de ſe: ſed honoreꝫ dño ꝑ/ſtent: a quo oẽ donum ꝑfectiõis eſt deſcẽdẽs. Nam ſine eius adiutorio: nullus ꝑſeuerare poteſt in bono. Ratio eſt: qꝛ quãuis ſm phi/loſophũ de bona fortuna. Homo ſit dñs ſuo rum actuum: tamen non eſt dñs ſuaꝝ poten/tiarum. Unde nõ poteſt volẽdo facere: vt vo luntas in eo qꝺ vult: ad id quod vult: vel eli/git: imobiliter ſe habeat. Et ideo vt imobilr̃ ſe habeat in bono qꝺ eligit: neceſſariuꝫ eſt di/uinũ adiutoriũ. Unde Ber. dicit. Loquitur deus. Sine me nihil poteſtis facere. Ita eſt. Nec ſurgere ad bonũ: nec ſtare in bono poſ/ſum⁹. Tu igitur qui ſtas: da gloriã deo: cui⁹ manu erigens. Sequitur. Animus ſi nõ pre ſumat de ſe: ſi ↄfortetur a deo: poterit vtiqꝫ do minari ſui: Ut nõ dñetur ei oĩs iniuſtitia. Ita inquaꝫ animũ deo innixum: nulla vis: nulla fraus: nulla iam illecebra poterit: vel ſtantem deijcere: vel dñantẽ ſubijcere: alioqn fruſtra innititur. Si nõ innitit̃: vincitur. Huius fi/guram oſtẽdit glorioſa virgo: qñ intrauit do/mum zacharie: ꝛ ſalutauit elyſabeth. Nam za carias interpretatur auxiliũ dñi. Et elyſabeth interpretatur dei mei ſecuritas. Tunc eniꝫ qs ſaturatus beneficijs ꝛ donis dei meritorijs: ꝛ etiaꝫ debita remuneratione intrat domum za charie: qñ nihil de ſe preſumens: oĩa dona a deo accepta: tribuit deo cum gratiaꝝ actione. Et tunc ſalutat elyſabeth: qñ ſufficientiaꝫ ſuã cognoſcit: ſibi inditã eſſe a deo: dicẽs cũ aplo Omnis ſufficientia noſtra ex deo eſt.

Secunda conſideratio.

s Ecunda ↄſideratio eſt de prompti/tudine gratie, ꝑficientibus coopan/di: cũ dicitur. Et factũ eſt: vt audiuit ſalutatiõeꝫ marie elyſabet: vbi ſũt due ↄſones

¶ Prima ↄclo eſt: Cum gr̃a ſit quidaꝫ habi tus ſupernaturalis: mediãte quo oĩs act⁹ eli/citus ordinatus in vltimũ finem ſit dignus vi ta eterna: habens nihilominus meritũ diuine acceptationis a deo: qꝛ ſic inſtituit. Tamen ad ipſam obligamur nõ obſtante: ꝙ nõ eſt in no ſtra poteſtate: qꝛ ds̃ ſic ordinauit: ꝙ eaꝫ diſpo/nenti ſe daret. ſ. de ↄgruo. Ratio. Nam quis maxime obligat̃ ad illud: qꝺ in actu meritorio hꝫ ratiõe cauſe principalis: gr̃a eſt huiuſmo di. Quia hꝫ ratiõe merendi a deo: qui ſic in ſtituit. Cũ igitur beatitudo noſtra ſolum meri to adipſcit̃: gr̃a maxime eſt nobis neceſſaria i ordine ad fineꝫ vltimũ vite eterne: quare ꝓ cõ ſequẽs ad ipſam obligamur: tanqꝫ ad digni/ficantem nos vita eterna: que ſemꝑ parata eſt ſe offerre diſponenti? Et hoc eſt qꝺ dicit. Ut audiuit ſalutationẽ marie elyſabeth. Uñ Ma ria eſt deuota aĩa: que per debitam diſpoſitio/nem acquiſiuit ſibi abundantiam gratiarum.

Que quidem acquiſitio eſt quedã ſpiritualis ſalutatio. Nã ſicut ſalutatio eſt ſignum ↄcordie ⁊ dilectionis. Sic gratiarũ actio eſt ſignum diuine acceptationis. Unde Elyſabeth: que interpretatur dei mei ſaturitas: ſignat plenitudinem gratiarũ. Audiẽs. ſ. aure cordis. Mariam. i. aiam deuotã ſe exhibet ad parendũ etiã innuit exultatio Johãnes in vtero: oſtendens promptitudinẽ exhibẽdi ſe diſponẽtibus Dat. n. deus oibus affluẽter: ⁊ nõ improperat. Jac. I. Ipſe. n. plus eſt paratus dare: q̃ tu audeas petere. vnde dicit Origenes. Deus ad benefaciendũ eſt promptiſſimus.

inimicus homo. Inimicus dei et hoīs eſt diabolus. Sʒ attende eius aſtutiam: qd. ſ. qñ: et vbi ſeminet. Quid? Certe zizaniā: qđ dñs exponens ait. Zizania ſunt hij filij nequā. Eſa. p. Veh genti peccatrici: pplo graui ſemini nequā filijs ſceleratis. Sed qñ? Cum dormirent hoīes. ſ. prelati: vel etiam ipſa ratio in aīa preſidēs. Et vbi? In medio tritici. Semp. n. qrit mala intermiſcere bonis: vt triticum ſuffocetur: et boni malorum exemplo ad ſimilia trahant. Maxime. n. difficultatis eſt: iter maloſ bene viuere. vñ Ber. Bonū eſſe iter malos tante eſt virtutis: qūte difficultatis. Quale nēpe eſt illud: picem tangere: et non inquinari. ¶ Et nota ēt q inimicus qūtūcunqʒ callidus nō pot ſupſeminare zizania: niſi hoīeʒ inueniat dormienteʒ incautū. ſ. et ad bona opera torpentem. Et huꝰ ratio eſt ſm Bonauenturā Quia demon nō poteſt aliqd efficere: quo facto neceſſario cogitemus malum qđ minus ē qūʒ velle et facere: niſi in caſu. ſ. cū cogitatio aīe non eſt circa vtilia occupata. Cum. n. euagat et eſt ocioſa: tunc poteſt ei diabolus imagineʒ turpem et vanam offerre. Et ideo volenti malas cogitationes euadere magna ſollicitudine cauendum eſt: ne ɔtingat aliquādo animuʒ a bonis et vtilibus reuocari. Qđ tñ difficile eſt niſi ei qui ſolitus eſt in bonis aīum exercere. Immo tali delectabilius eſt in bonis et mūdis verſari: qūʒ viris carnalibus in cogitationibus turpibꝰ et fedis occupari. Iteʒ nota ſm Rich. q qūuis demones nō poſſint affectōes malas appetitui voluntario iprimere: nec ipſum mediate vel imediate neceſſitari ad malam affectionē: qñqʒ tamen excitādo mediante imaginatione vel aliqua corporali imutatione i apetitu ſenſitiuo aliquam imoderatā paſſionē faciunt. Quo facto voluntas hoīs pronior eſt ad malam affectioneʒ. Immoderata. n. paſſio in appetitu ſenſitiuo qñqʒ ita obnubilat hoīs intellectū: vt ſibi aliud videatur agendū vel fugienduʒ: qūʒ duʒ erat extra paſſionē. vnde phs. 7. Ethi. Talem ɔparat dormienti et vinolento. Cuʒ autem intellectus dictat aliquid qđ ē malum diligendum: volūtas ceteris paribus ꝓnior eſt ad diligendum illud qūuis ɔtrariū eligere poſſit: nec ad illud incitetur. Si auteʒ cōtingat q p imoderantiā paſſionū in appetitu ſenſitiuo: nō ita obnubilat intellectꝰ: vt dictet illud qđ eſt malū diligendum: et hoc ꝓpter colligantiam naturalem voluntatis humane ad appetitum ſenſitiuum: volūtas eſt pronior ad mouendū ſe imoderate pp predictaʒ paſſionē.

Tertiuʒ principale.

C Irca tertium principale: vbi agitur de eterna bonitatis refulgentia i maloꝝ ſupportatione cum dicit. Serui autem dixerūt. Sequitur. Sinite creſcere. vbi ſunt quatuor concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: q diabolus non eſt directe cauſa peccati: qꝛ proprium principium actus peccati eſt voluntas. Quia ſm Augu. Omne petīū eſt voluntarium. vnde nihil directe poteſt eſſe cauſa peccati: niſi q pōt mouere voluntatem ad agendum. Mouetur auteʒ uoluntas dupliciter. ¶ Uno mō ab obo: ſicut appetibile mouet appetituʒ. ¶ Aliomodo ab eo q intrinſecus mouet ad volendum. Hoc autem eſt volūtas: que ſola directe eſt cauſa peccati. Sed que ſit cauſa peccati indirecta. Pro hoc nota q ex parte obiecti volūtas mouetur tripliciter. Uno modo ab obiecto imediate: vt cibus excitat deſiderium ad comedendum Alio modo ille qui offert tale obiectum. Tertioꝰ q pſuadet obiectū ꝓpoſituʒ hr̄e rōeʒ boni: ¶ Primoꝰ res ſenſibiles mouent indirecte ad peccandū. ¶ Scđoꝰ homo p occaſionem offerens allectm̄ creature. ¶ Tertioꝰ diabolus ſed indirecte: bonitas cauſat recte. Unde Aug. Nulla alia re fit mens humana ſerua libidinis niſi propria voluntate.

¶ Secunda concluſio eſt: q deus eſt cā peccati permiſſiue. Permittit enim ꝓpter tria. ¶ Primo pp miſericordiaʒ que reſpicit miſeriam. Nā ſi miſia nō eſſet miſicordia dei nō appareret. ¶ Scđo pp iuſtitiā dei que reſpicit meritum et demeritum. Si nō eſſet demeritum: iuſtitia non eſſet nobis nota. ¶ Tertio propter probationem: vt mala peiora excludantur. Unde Aug. Periculoſiſſimū eſt nulla temptatione pulſari. Unde. n. ꝓueniūt mlta mala. ſ. elatio cordis: euagatio mentis et cordis: incircūſpectio ſuiȷpſius: incōpaſſio tēptatoꝝ: ɔtēptus fratrum: ignorantia angeloruʒ: qꝛ Eſai. Sola vexatio dabit intellectum. Unde ſapien. tertio. In paucis vexati.

¶ Tertia ɔclō eſt: q in cā dānationis nō eſt ꝓcipitanter agendū: ſed cū diſcretiōe oīa ſunt diſcutienda. vnde Ber. Ubi vehemēs emulatio eſt: diſcretio eſt neceſſaria. Nā zelus minus efficax et vtilis abſqʒ ſcia inuenitur. Et iō ꝑnicioſus valde ſentitur. vnde dicit: Ne forte

colligētes zizania ⁊c. Sequit̄. Sinite vtraqꝫ
creſcere: vbi dat locum pnīe: ⁊ monet ne cito
amputemus fratrem: qꝛ fieri pōt ꝙ hodie ma/
lus cras bonus erit. vnde dicit. Ne forte colli
gentes zizania eradicetis pariter ⁊ triticū. vn/
de Gen. 18. Abſit a te vt hanc rem facias vt
occidas iuſtuꝫ cū impio. Nō hic ꝓhibetur era
dicatio feſtinata: dānoſa: ſuſpicioſa. Feſtinata
qꝛ ꝑus dꝫ corrigi: ſicut pater filiū diſciplinatū.
¶ Primo adhibet minas. ¶ Scdo virgas
deinde grauiora flagella: ⁊ ſi ſic nō corrigitur
hereditate priuat̄. Dānoſa: vt cuꝫ mltitudo ſit
in cauſa vel princeps: niſi fuerit iniuria redun
dans in detrimētum eccl̄ie. Suſpicioſa. ſ. qñ
dubiū eſt de alicuius malicia: dānandus non
eſt ſed differendus: quouſqꝫ ꝯtumax inueniat̄
Et tunc nō pp ſuſpicionē: ſed propter cauſam
manifeſtam pibit. vnde dixit. Sinite vtraqꝫ
creſcere vſqꝫ ad meſſeꝫ. Quia ſicut ſegetes ma
ture tunc colliguntur: ſic comparata cauſa ma
nifeſta tolluntur mali de medio.
¶ Quarta ꝯcl̄o eſt: ꝙ dn̄s ꝑmittit malos vi/
uere pp quatuor. ¶ Primo vt ipſi ꝯuertan
tur. Non. n. vult dn̄s mortem peccatoris ⁊c.
¶ Scdo vt iuſti p eos exerceātur. ¶ Tertio
vt oſtendat̄ diuina potētia. Quia ſi homo eēt
ſibi derelictus ſtatiꝫ deficeret: niſi manu oīpo
tentie diuine fulciret̄. ¶ Quarto ad oſtenden
dum ſuaꝫ clementiā: q facit oriri ſolē ſuum ſup
bonos ⁊ malos. Quartū ꝓncipale.

c Irca quartum principale: vbi agitur
de extrema ſeueritatis ſnīa in eorum
finali punitione: cū dicitur. Colligite
primo zizania: Vbi ſunt duo documenta.
¶ Primū documentum ē: ꝙ ibi fiet diſtribu
tio ſm̄ exigentiā vniuſcuiuſqꝫ. vnde dr̄. Col
ligite ⁊c. Criſo. Vt nō timeāt boni: qſi ſimul
debeat tolli cū zizanijs frumentum. Oſtendit̄
hic angelicū officiū in tribus. In colligēdo: in
alligando: in ꝯgregando: Colliguntur. n. ꝑ/
uerſi p ſeparationē a bonis. Alligantur p cō
iunctionē in penis. Congregantur. n. boni p
vnionē in gaudijs. O qꝫ letantē meſſem totā
ꝯgregabūt: q tam gaudenter vnū granū: vnā
ſcilicet aiaꝫ colligere leguntur. Et alligate: vt
.ſ. nō poſſint euadere: nō ſolū demerito culpe:
ſed nec de eternitate pene. In faſciculos. glo.
Nō in vno faſce. Pro modo. n. ꝑuerſitatis
ſue vnuſquiſqꝫ punietur. vnde Grc. Sicut
in domo patris manſiones multe ſunt: ꝓ di/
uerſitate virtutis: ſic dānatos diuerſo ſuppli/
cio gehēne ignib⁹ ſubijcit diſparitas criminis
Sequitur. Triticū: vbi deſcribitur ꝑmiuꝫ ele
ctoꝝ: qđ ex tribus creſcit. ſ. ex ꝓpria cuiuſlibꝫ
felicitate: qđ notatur in tritico: ⁊ cōi beatorum
ſocietate: qđ notat̄ i ꝯgregādo ⁊ ex loci ameni
tate: qđ notat̄ in horreo. ¶ Et nota ꝙ triticuꝫ
tripliciter ꝯſiderat̄. ¶ Primo ꝓut eſt i agro
ſic ſignat imꝑfectos in via: qui ꝑcepta dei cu/
ſtodiunt facientes fructum trigeſimuꝫ. ſ. cum
fide trinitatis decē precepta ſeruando: vel fru/
ctuꝫ ſexageſimū ſuperaddendo ſex opa miſeri
cordie: vel fructū centeſimū. ſ. ad laudē ⁊ glo/
riam dei oīa perficiēdo. ¶ Scdo prout eſt in
area ſic ſignat viros perfectos: qui dei ſeruāt
conſilia. Area. n. religionē ſignificat. Triticū
enim in area purgari ſolet: a tribus. ſ. a paleis
ab ariſtis: ⁊ a ꝯmixtione pulueris. Sic multi
ſunt religioſi: q malam hn̄t cum ſecularib⁹ ſo/
cietateꝫ: ⁊ hoc eſt triticū cuꝫ paleis: quapropter
ſunt purgandi: vt triticum in area. Item ſunt
alij q habent nimiam moꝝ leuitatem. Et hoc
eſt triticum eſſe cū ariſtis: que leues ſunt ⁊ ari
de. Itē ſunt alij: qui hn̄t nimiaꝫ terrenoꝝ cupi
ditatem: ⁊ hoc eſt triticum eſſe cū puluere. Et
ideo purgandi ſunt. Alias eos diabolus cri/
brabit ⁊ agitabit de cupiditate in cupiditatem:
Luc. 23. Ecce ſathan expetiuit vos ⁊c. ¶ Itē
tertio ꝓut eſt in horreo. Et ſic ſignificat ſctōs
in gloria: vbi ſunt ſimul ꝯiuncti a ventis tem
ptationū ſemoti ⁊ ſecuri: ⁊ de nullo iaꝫ purgā
di: qꝛ mors vltra non erit. Ezechl. 39. Sciēt
qꝛ ego dn̄s ds̄ eoꝝ: eo ꝙ ꝯgregaueriꝫ eos ad
terraꝫ ſuā: ⁊ nō abſcōdā vltra faciē meā ab eis.
¶ Scdm̄ documentū eſt: ꝙ quilibet ſm̄ iudi
cium ſapientis ante iudiciū dꝫ facere iuſtitiaꝫ:
culpā delendo p penitentiaꝫ cito: nō vſqꝫ ad fi
nem vite ꝓcraſtinādo. Sed proh dolor pauci
ſunt: q nūc pnīaꝫ agant hic in terra. Sꝫ plures
ſunt i Italia. Quā pnīaꝫ agē nob̄ ꝯcedat ihs.

¶ Dn̄ica in ſeptuageſi. Sermo de ep̄l'a. 5.

n Eſcitis qđ
hij qui in ſtadio currunt.
Prima coꝝ. 9. Scdm̄ qđ
dicit Ber. Ociū faſtidiuꝫ
gn̄āt. Exercitiū deſideriū
Tolle ocium: exercitare
in aliquo: ⁊ ſtatim ſenties ſola te appetere que
famem tollant. vnde ſubito ꝓcedenti de ocio
ad laboreꝫ: graue cernitur oē quod incipitur:

Sed poſtq̃ ab his diſſueſcere ad illa pauliſp aſſoleſcere cepit: vſus tollit difficultatẽ: inuenitq̃ facile qđ impoſſibile ante putauit. Sed q2 ſm Iſido. Tm̃ in hac vita eſt licitu3 operari bonũ: poſt hanc vitam nõ iam opatio expectatur: ſed retributio meritoꝝ. Hec vita impijs longa ⁊ grata: in oculis autẽ iuſtoꝝ amara ⁊ breuis. Ideo apl's volẽs nos ꝯtinue meritorijs actionibus exerceri bene hortat nos.

¶ Primo ad boni operis exercitationem.

¶ Scđo ſubiũgit motiuã rationẽ: ſic currite.

¶ Tertio declarat hoc p anteceſſoꝝ exemplificationem: ibi. Nolo. n. vos ignorare frẽs.

Primum principale.

Circa p̃mũ principale ſunt. 5. ꝯ̃es.

c ¶ Prima ꝯ̃clu'o eſt: doctrina beati Ber. d. Valde cauẽdũ eſt illud qđ multi ſtulti faciunt: qui quanto diutius viuũt: tanto maiorem ſibi ſpem viuendi nutriunt: ⁊ timorem feſtinantis mortis abijcientes: a propoſito ſancte vite deficiunt. Ideo eſt: q2 quanto diutius viuit aliquis: tanto breuius victur9 eſt: ⁊ tanto citius retributionez totius vite ſue recepturus eſt. Sicut igitur vides per ſingulos dies in preteritum in opinione tua vitam creſcere: ita certus eſto ſpatium bene viuendi decreſcere. Eſto itaq3 ſollicitus: vt ſpatium vite quod tibi reſtat: quia neſcis q̃3 breue ſit: ſic expendas: vt de die in diem ſanctum mentis propoſitum ad meliora extendas: quatinus ſi quid te grauat bene viuere: quantomagis laborem tuum oportet ad finez feſtinare: ⁊ te ad requiem ⁊ coronam appropinquare. Et ideo dicit. Neſcitis quanta eſt vtilitas bene viuere .i. in virtutibus pficere: in q̃ non vni ſ3 oibus ꝓmiſſa eſt palma qui in ſtadio currunt.

¶ Secunda ꝯcluſio eſt: q2 per curſu3 currẽtium in ſtadio intelligimus ſpirituale motum qui fit in virtuali actione. Videmus nanq3 i curſu materiali q2 eſt terminus a quo receditur: ⁊ terminus medius per quez inceditur: ⁊ terminus ad quẽ in quo quieſcitur. Sic etia3 d3 eſſe in curſu ſpirituali. ſ. terminus a quo quez debemus deſerere qui eſt peccatũ. Terminus ad quem eſt gloria in qua appetitus deb3 quieſcere: ſed terminus medius eſt ſtatus gratie: p quem debemus icedere. vnde ſpiritualiter debemus currere nõ mutãdo parẽtes p pcti infectionẽ: ſ3 v̾tuali opatiõe merẽdo vitã eternã.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt: q2 per ſtadium intelligitur tempus gratie: in quo ſolu3 meritorie operatur. Nam poſt hanc vitam nihil reſtat: niſi retributio cuilibet ſecundum exigentia3 debitura. Nam ſicut ſtadium eſt quoddã ſpatium ſtatutum, p brauio ad currendum: in cuius p̃ncipio curſores ꝯſtituũtur: ⁊ i fine brauiũ ponit quo velocius currẽs p̃ ceteris remuneratur. Sic hoc tp̃s gratie a deo eſt ſtatutũ: vt quilibet poſitus in p̃ncipio ſue diſcretiõis currere d3 virtuoſa exercitatiõe: vt ſic in tali curſu pſeuerãs: brauio eterne beatitudinis remuneret.

¶ Quarta ꝯcluſio eſt: q2 tria genera hominũ ab initio fuerunt in mundo. ſ. pagani: iudei ⁊ xp̃iani. Pagani ſunt qui neq3 nouũ neq3 vetus teſtamentũ recipiunt: ſed ſm ꝯcupiſcentiã in qua nati ſunt ambulant. Iudei ſunt q legez Moyſaycã ad litterã ſeruãt ſe circuncidẽdo ⁊ alia legalia faciendo. Chriſtiani ſunt qui euãgelium ore xp̃i, platum cuſtodiũt: ſe baptizãdo ⁊ alia eccleſiaſtica ſacramẽta reuerenter ſuſcipiendo. Gẽtes dicũtur pagani: eo q2 ita manẽt ſicut geniti ſunt. i. in contagio peccati originalis: qđ ab ipſa origine ꝯtrahitur. Eph. 2. Eram9 nãq3 filij ire: id eſt debitores pene eterne. Sed heu vt recolit nobis hodie mater eccleſia. Hij omnes fecerunt mirabilem curſum: Immo vt verius dicam infelicem caſum. In primo parente ceciderunt a dignitate angelorum ad conditionem iumentorum. A paradiſo voluptatis in exilium laboris ⁊ doloris. A libertate ſpiritus: in ſeruitutem carnis. A ſtatu gratie in ſtatum culpe ⁊ omnis miſerie: ſcilicet famis: ſitis: caloris: frigoris: tribulatiõis infirmitatis ⁊ neceſſitatis moriendi. vñ dicit. Oẽs quidem currunt. ſ. in ſtatu ſuo ſ3 nõ eq̃le premium apprehendunt vite eterne.

¶ Quinta concluſio eſt: q2 licet plures ſ3 diuerſitatem ſtatuum diuerſimode currãt. Un9 tamen ſcilicet fidelis accipit brauiu3. ¶ Et nota q2 ad hoc q2 aliquis mereatur brauium accipere: quatuor vnitates debet habere. ¶ Prima eſt vnitas virtualis: que eſt integritas mẽtis p ꝯſtantiam ſemper meritoria actione currendo. vñ phs dicit. Ds non eſt ponere ſ'ba3 ocioſa3: ideo q̃ſi nãliter deb3 homo bñfacere. Et h̃ eſt currere per opa bõa ⁊ non ſtare. Ad hãc vnitatem hortamur Deut. 7°. Audi iſrl'. Dñs ds tu9 vn9 eſt: Ibi nõ tm̃ vn9 nũero deſignatũ: cũ ſup oẽ3 numer2 ſit credẽdus: ſed q2 nũq3 ab alio i aliud v̾tit. Pſal. Tu aũt idem ipſe es. In hac vnitate d3 bõ ſuu3 p̃ncipiũ imitari. vnde apl's dicit. Vnus accipit brauiũ.

¶ Secũda eſt vnitas moralis: q̃ eſt cõformitas caritatis. Actu. 4. Multitudinis credentium vnus intellectus in fide: ⁊ vnus affectus in caritate. Huiuſmõi vnitatis dulcedinem exprimit pſal. d. Ecce q̃ꝫ bonum ⁊ q̃ꝫ io. ⁊c. Et vtilitatem oſtendit: q2 hec meret̃ in p̃ſenti benedictionez gratie: ⁊ in futuro vitã glorie. Ad hãc hortat̃ nos apl's eph. 4. Solliciti eſtote ſeruare vnitatem fidei a vinculo pacis. ¶ Tertia vnitas ẽ ſp̃ualis: q̃ eſt ↄiunctio dei ⁊ aie in vita p gratiam. Pſal. Mihi aũt adherere deo bonũ eſt. Hac. n. adheſione caritatiua aſtringitur deo fortiter ⁊ ſecure ad moduꝫ glutinis: dum tam ſuauiter: q̃ꝫ ſecure deo inherens: caritate terribilius ip̃a gehẽna iudicat eſſe leuiſſimo crimine vultum offendere maieſtatis. Hac. n. vnione quaſi glutino aromatũ aia cõiungit̃ deo. De q̃ apl's. Qui aũt adheret deo: vnus ſp̃us eſt. ¶ Quarta eſt vnitas celeſtis: q̃ eſt ↄiunctio dei ⁊ aie in patria per gl'iam: vbi aia ſancta capax eſt eternitatis: ſapientie ⁊ dulcedinis dei: q2 memoria retinebit deuꝫ ſine obliuione ſciẽtia cognoſcet ſine errore: amore amplectet̃ ſine alterius receptõe: ⁊ ita pficiet̃ illud in illa effabili vnione deitatis ⁊ humanitatis. Sic aia rationalis ⁊ caro vnus eſt hõ: ita d's ⁊ hõ vnus eſt xp̃s. Et hoc eſt q̃d dicit. Sed vnus accipit brauiuꝫ. i. p̃miuꝫ curſus: vel vnus pſeuerans in vnitatibus vt dictum eſt.

Secũdm p̃ncipale.

Circa ſcd'ꝫ principale: vbi ſubiungitur ad huiuſmõi curſum motiua rõ: cuꝫ dicit̃. ſic currite. vbi ſunt due ↄ°es. ¶ Prima ↄcl'o eſt: q2 talis curſus ſp̃ualis ſolum perficitur caritate. vnde glo. dicit: q2 quia vnus accipit brauiũ. i. p̃mium curſus: ⁊ vos ſic currite per op̃a meritoria. ſ. caritatis pſeuerantes vſq3 in finem: vt ↄprehendatis brauiũ eterne vocatõis. Quod aũt caritas ſit motus huius curſus: patet. Nam p̃a Thimo. p̃. Finis p̃cepti eſt caritas de corde puro: ↄſcientia bona: ⁊ fide non ficta. Glo. Caritas eſt finis conſumationis: non conſumptionis. Plenitudo enim legis eſt dilectio. Ro. 13.

¶ Secũda ↄcl'o eſt: q2 q̃tuor ſunt motiue rões: q̃ mouent nos ad hunc curſum. ¶ Primuꝫ eſt amor euadendi p̃iculum. Nam hõ poſitus in via p̃iculoſa: velociter currit: ⁊ ſic pctõr eſt in via p̃iculoſa. Et ideo currere d3 de pctõ: q2 ſi viã peccati ↄtinuaret: duceret eum ad mortẽ gehẽne. Et h̃ eſt q2 dicit. Omnis. n. q in agone ↄtendit. ſ. ↄtra diabolica temptamenta. Et ideo velocius currendũ eſt: viril'r reſiſtẽdo. ſ. ab illicitis abſtinendo: nõ vt coronam accipiamus corruptã: ſed eterne retributionis. vnde Aug. Non terrenis ⁊ marceſcẽtibus floribꝰ ſed eternis ↄſertaꝫ gẽmis in modum regalis dyadematis ſp̃ualis corona ↄſeruat̃. ¶ Scd'ꝫ eſt tp̃is neglecti recupatio. Nam aliqs nimis moratus in via aduertens ſe dietam dimittere nõ poſſe: ſed debere implere velocius currit. Sic ſp̃ualiter qs in delectatiõibus mundanis aliquãdiu moratus: in viã gratie d3 feſtinãter currere: vt tp̃s neglectum valeat recupare. vñ dicit. Ego aũt ſic curro: nõ q̃ſi in incertũ. q. d. Legitima bona opor: nõ quaſi in incertũ faciẽdo aliq̃: de quo p̃mio nõ ſum certus. Si negligenter reduno tp̃s: ſic pugno ↄtra hoſtes: declinando malum: nõ quaſi aerem verberãs. i. nõ inaniter me fatigãdo: ⁊ aduerſariuꝫ nõ ledendo. S3 viriliter aggreſſus ſum aduerſarium: vt tp̃s inaniter neglectum recuperetur. ¶ Tertium eſt tp̃is breuitas: vt p3 in curſore Naꝫ curſor h̃ñs longaꝫ dietã in p̃uo tp̃is ſpacio p̃ficere: feſtinat eo magis in curſu: vt ad terminum in quem tendit: attingat. Sic ſpiritualiter currenduꝫ eſt velocius magnitudine maioris p̃nie. vt merito citius ptingamus ad p̃miuꝫ. Et h̃ per tp̃is breuitatẽ. vnde Job. 9. Dies mei velociores fuerũt curſore. Illuſ. n. curſor quando dormit vel q̃eſcit: currit. Sed nos omni hora currimus ad mortẽ: q2 vita eſt curſus ad mortem. vnde dicit. Caſtigo corpꝰ meum p declinatõem mali: rep̃mendo. ſ. illicitos motus carnis acriori p̃nia ad' poſſibilitatẽ ſubſtinẽtis. Pſal. Caſtigatio mea in matutinis. Et dicit. Caſtigo: nõ occido. Roma. 12. Rationabile ſit obſequm veſtr̃. Et in ſeruitutẽ redigo: per op̃ationẽ bõi. Corpꝰ. ſ. ſpiritui ſuire cogendo: ⁊ ſenſualitateꝫ rõni. vñ Aug. Seruituti hõ ſubijcit̃: dum nõ ſuam: ſed ſp̃us pficit voluntatẽ. ¶ Quartũ eſt remuneratio Qñ. n. curſor ſcit q2 i ſero h̃ebit bonũ hoſpitiũ feſtinat i curſu: vt ad illud ptingat. vñ ſp̃ual'r in bonis op̃ibus currẽs: pp dulcedineꝫ ⁊ deſiderium vite eterne feſtinat: ne deſiderio fruſtretur: reputãs pp ſuam puitatem ſe indignũ. Et iõ ait. Ne forte cum alijs p̃dicauerim: me. ſ. in ip̃ſa p̃dicatõe defectuoſuꝫ inueniẽs. Ip̃e reprobus. i. a deo reprobatus pp indignitatẽ vt indignus h̃itatione eterne patrie efficiar: Apl's terret nos: vt timeamus ſuo exẽplo me

diante: q2 ſi h ſibi ɔtingere poſſet: q̃to magis nob cauendū eſt: ne offendēdo ſim⁹ reprobi.

Tertium ṗncipale.

Circa tertium ṗncipale: vbi h ꝓbat c ꝑ antiq̃ꝝ exēplatōem: cuʒ dicit. Nolo eiʒ vos igno. fra. vbi ſt due ɔ°es.

¶ Prima ɔcl'o eſt: ꝙ ad conceptōeʒ moꝝ m'tum ꝓſunt exēpla bonoꝝ. vnde Iſido. de ſū. bo. dicit. Deus cum nos ṗceptis ſuis admonet: ꝛ vite ſcōꝝ boni opis exēpla ꝓponit: nulla eſt iam de reatu excuſatio: q2 lex dei quotidie ad aures nr̃as pulſat: ꝛ ſctōꝝ documenta: bonoꝝ ex^a: cordis noſtri affectū ꝓuocāt. vnde ſm eundē. Orandus eſt ds: vt ṽtutes quas ſctis ṗparauit ad coronā: nob ad ꝑfectum ſint poſite: nō ad penā. Et ſi prauoꝝ ſepe ſecuti ſumus exem^a: cur non imitemur ſctōꝝ digna: ꝛ deo placita facta? Etiā ſi apti ſum⁹ imitari iniq̊s in malū: cur pigri ſumus imitari iuſtos in bonū? vnde dicit. Nolo vos igno. fra. ſ. inſtitutiones fidei ꝛ exercitia virtuoſa: quoniaʒ patres noſtri. i. inſtitutores fidei: omnes perfecti exiſtentes in virtute. ſub nube fuerūt. ſ. exēplaris informationis: protegente nos ab eſtu carnalis impugnationis.

¶ Scd̃a ɔcl'o eſt: ꝙ ſingl'e virtutes in ſingl'is patribus ꝛ ꝓphis ſunt nob exēplificate: vt tendentes ad meriti ꝑfectiōem: ipſas virtutes in ipſis diligētius attēdamus. vñ ex^o ſctōꝝ qb⁹ edificat' hō: varias faciūt ſectari virtutes. Humilitatis ex xp̃o: deuotōis ex petro: caritatꝫ ex iohe: obie de abraam: tollerātie de iacob: caſtimonie de ioſeph: māſuetudinis de moyſe: cōſtantie de ioſue: benignitatis de ſamuele: mĩe de dauid: abſtinentie de daniele. Sic ꝛ cetera facta ṗoꝝ quo labore: quo moderamine: qua itentione vel ɔpunctōe gerant': vir ſctūs imitanda ɔſideret. Et ideo dicit Iſido. de ſū. bo. ꝙ q ſctūʒ viꝝ imitat': quaſi exēplar aliqd̕ intuetur: ſeqꝫ in illo quaſi in ſpeculo ꝓſpicit: vt adijciat qd̕ deeſſe virtutis agnoſcit. Minus. n. ſeip̄m hō ɔſiderat: ſed duʒ alteꝝ intendit: illō quod minus eſt luminis adijcit. Hoc. n. innuit apl's di. Omnes mare trāſierunt: ꝛ oēs in moyſe baptizati ſunt. Baptizati dicunt' in moyſe: in nube: ꝛ in mari: q2 illa oīa gerebant formaʒ ꝛ figurā noſtri baptiſmatis. Moyſes enim xp̄m: nubes ſpūm. ſ. mare rubꝝ baptiſmum ſignificat ſanguine chriſti rubricatum ꝛ ɔſecratum. Ppl's tranſiens ſignificat fideleſ Mors egyptioꝝ ſignificat ablutōem pctōꝝ. Illa ergō oīa noſtri fuerunt figure. Illa tunc figurate geſta: nunc in noſtra ſalute ɔplentur quia tunc futura ṗnunciabant': non preterita leguntur: ꝛ ꝑſentia cognoſcunt': vnde dicit. Eandem eſcam ſpūalem. i. virtualem exercitationem: qua nunc ſpiritual'r reficimur: pro tunc manducabant vſu ɔtinuo: in augmentuʒ meriti virtualis actionis: ɔſequēte eos petra. Nam ſm Iſido. Perfectoꝝ virorum eſt nō quenlibet ſanctorum imitando: ſed ipſam veritatem intuendo iuſtitiā opari. vel ſic. Eandeʒ eſcam ſpūalem manducauerunt. i. corpus xp̄i in ſigno ſpiritualiter intellecto: ꝛ oēs eundem potum biberunt. ſ. xp̄i ſanguinem in ſigno. Sic loquit' de cibo ſpirituali ꝛ potu ſpūali ꝑ fidem: nō de corporali. Aug. Spiritualeʒ ergo potū queʒ biberit ipſi et nos debemus: q2 idē illoꝝ pot⁹ ꝛ noſter ſignificat'. Et iō illoꝝ cib⁹ et potus noſter idem eſt miniſterio ꝛ ſignificatione: non ſpē: q2 idem xp̄s illis in petra eſt figuratus: nobiſ in carne manifeſtatus: ꝛ altari ſub ſpecie panis ꝛ vini figuratus. Inſignis vtiqꝫ diuerſis eadeʒ eſt fides. Sʒ illi venturꝫ nos pñteʒ veniſſe credimus. Et iō dicit ſpūalem. Spiritual'r aūt biberunt eundem: quem nos corporaliter nō eundem. Seqtur. Conſequente eos pena: que xp̄ʒ figurabat: ꝛ fidei eiuſdem fuit ſignum. Manete ergo in fide: ꝛ videte ſigna varia. Ibi. n. erat petra xp̄s: nobis quoqꝫ in altari poſitus xp̄s eſt: ſi ſpēm viſibileʒ attendas: aliud eſt. ſi intelligibilē ſignificationem: eundem potum ſpūalem biberūt.

¶ Dominica in. lxx^a. Sermo. 36. de euāg°.

Simile eſt regnum celoꝝ homini patrifamili. ꝛc. Mat. 20. Q2 ex ocioſitate multa mala ꝓueniunt. ſ. in corde: q2 ſm Ber. Ocium cogitationū malarum eſt ſentina. In ore: quia ſm eundē eſt mater nugaꝝ: ꝛ nouerca ṽtutum. In ope quia ſm Oſeam: iniquitas ſodome fuit ſaturitas panis ꝛ ociū. Et ideo in die iudicij omne momentum exigetur a te: qualiter ſit expreſſū Et ideo damna talis negligentie ꝛ ocioſitatꝫ beatus Ber. deuotiſſime deplorat: dicens. O bone ieſu cur intermiſi te vllo tempore in corde meo verſari: te tota mente amplecti: oīa

ſnterioꝛa mea vbi tunc erant: quando tecum
non erant? Deus vite mee q̄ʒ vane ꝯſumpta
q̄ʒ infructuoſe elapſa ſunt a me tp̄a mea: q̄ de/
diſti mihi: vt facerem voluntatē tuam in eis:
⁊ nō feci. Quomō ſubſiſtā? Quomodo leua/
re potero oculos meos ante faciem tuā in ma
gno illo examie: quā͂do numerari oīa peccata
mea iuſſeris: querēs fructum in eis? Adeant
in obliuione corā te tp̄a: que ꝑdidi infructuoſe
Fiat h̄ reſiduū tp̄is mei ſanctificatum in gra
tia tua. Et ideo euā͂geliſta volēs aīare ad ſpi/
ritualis exercitij ⁊ laborum inhiationem: po/
nit ſex conſideranda.

Primum ꝓ͂ncipale.

c Irca primum principale: vbi poniť
nobis opariorum in vinea dei cōdu
ctio: cum dicitur. Simile eſt regnū
celorum: ſunt quinque concluſiones.

¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ hec dn̄ica ſeptuageſima
appellatur: q2 nunc repꝛ̄ſentat ecclīa tp̄s capti/
uitatis iſraelitice plebis: que ꝓpter ſua pecca
ta punita fuit in ſeruitute babylonica ꝑ annos
ſeptem: vbi ſicut ait pſal. ſuſpēderunt organa
ſua: dicentes. Quomō cantabimus canticum
⁊c. Hoc idem dn̄s futuroꝝ preſcius: ꝯmina/
tus fuerat. Ihere. 25. Perdam inq̄t ex eis vo
cem gaudij ⁊ letitie. Qđ etiā myſtice expoſitū
in noſtra. 70. obſeruamus cātica letitie ſuſpē/
dendo. ſ. allā. Te deum laudamus. Glīa in
excelſis ⁊c. Quia ꝫ hoc tp̄e ſigna letitie ſunt
penitus relinquenda: ⁊ lamenta pnīe aſſumē
da: ideo ecclīa aīat nos in officio hodierno:
verbis: exēplis ⁊ ꝓmiſſis: vt pnīe opibus in
ſiſtamus fidelr̄. Verbis. Nam in epl̄a horta
tur nos ad currendum ꝑ pnīe opera: ad certā
dum ꝯtra diabolica tēptamenta. In euā͂gelio
vero ad laborandum in ꝯſcientie vinea. Exē
plis. ſ. tres viros ⁊ eoꝝ dicta ꝓducens in me/
dium: q̄ erant peccatores maximi. ſ. Dauid:
cuius verba recitanť in miſſa. ſ. ipſius introi
tu. d. Circundederunt me: ne q̄s deſperet de
peccato luxurie. Paulū cuius verba ſunt in
epl̄a: ne quis deſperet de peccato ſupbie. Et
Mattheum: cuius verba ſunt in euā͂gelio: ne
quis deſpet de peccato auaritie. Promiſſis.
Promittit. n. laborantibus denariū: curren
tibus brauium: ⁊ pugnantibus coronā.

¶ Scđa ꝯclō eſt: ꝙ methaphorice regnū ce/
lorum eſt pn̄s ecclīa: vel iuſtoꝝ vita. ⁊ ſic eſt
ꝯparatio tam ꝑſone ad perſonā: q̄ʒ negocij ad
negocium: ⁊ eſt ſenſus. Negociū qđ fit in ec
cleſia: eſt ſimile negocio tali: quod ab hoīe pa
trefamilias quā͂doqʒ fit. Et ita ſʒ Greg. re/
gnum celoꝝ dicitur ecclīa militans: q2 cum tri
umphante facit vnum regnum: in q̄ eſt vnus
rex. ſ. trinitas. vna lex. ſ. caritas. vna plebs. ſ.
xp̄ianitas. vna merces. ſ. eterna felicitas: que
hic quodā͂modo hēťur in ſpe: ⁊ ibi ꝑcipiť in re

¶ Tertia ꝯclō eſt: q̄ʒ iſte paterfamilias eſt dš
trinitas: quo ad creationem: gubernationem
⁊ ꝯſeruationem oīum creaturaꝝ. Singulari
ter tamen rōnalium per ſue imaginis ꝯſigna/
tionem: luminis naturalis impreſſionē: eter
ni premij oblationem. Specialiſſime autē eſt
pater oīum fidelium per vocationem: inſtru/
ctionem: ⁊ nutritionem. Deutero. 32. Nūq̄d
nō eſt ipſe pater tuus ⁊c. Familia eius eſt vni
uerſitas viatoꝝ: beatoꝝ: damnatoꝝ: que pn̄t
dicere illud pſal. Ipſe fecit nos: ⁊ nō ipſi nos
⁊c. vnde Aug⁹. ſuper gen̄. dicit. Qđ deus in
hoc mundo fecit ſibi triſtegū: cuius pars ſupi
or eſt regio lucis: in qua habitant victores.
Inferiō aūt eſt regio tenebraꝝ: in qua hīant
victi. Media ꝑs ē lucis ⁊ tenebraꝝ: vbi habi
tant militātes. In ſupiori eſt tm̄ gaudiū: in in/
feriori tm̄ luctus. in mediū vtrūqʒ mixtum.

¶ Quarta ꝯclō eſt videre de vinea: que ſit.
Et dicitur ꝙ eſt ꝯſciētia. Nam ſicut in vinea
debet eſſe clauſura: vt canes ⁊ porci deuaſtan
tes eam arceantur. Sic reuera opʒ ꝯſcientiā
eſſe clauſam per circūſpectionem ſenſuū exteri
orum: ne canes inuidie: ⁊ porci luxurie intrā/
tes: ⁊ intima cordis penetrātia per imaginati
ones ⁊ affectōes carnales ipſam deuaſtent.
Eſt q̄daʒ felix: quē faciunt aliena ꝑicula cautū
Hec vinea habet palmites ꝓ fructibus facien
dis: puta que ſunt manſuetudo: caſtitas: patiē
tia: ceteraqʒ innumerabilia bona: que omnia
generaliter in ea adeo ſunt plantata: vt afferāt
fructum. Hec vinea magnum laborē exigit
quia cum ſit bene culta: copioſiſſimum reddit
fructum. Alias fieret ſterilis. Prouerb. 34.
Tranſiui per vineam ſtulti. i. vitam negligē/
tis inſperti: ⁊ operuerunt faciem eius ſpine:
ſcilicet ſollicitudinis.

¶ Quinta concluſio eſt videre de operarijs.
Nam hec vinea cōmiſſa eſt excolenda Ade: ⁊
toti ſue poſteritati. vnde ſicut Adā poſit⁹ erat
in paradiſo colere ⁊ operari eum: vt diciť ge/
neſis. 2. ſic ⁊ nos poſiti ſumus ſuper vineam
ſcilicet conſcientiam: que eſt vinea iuſtitie exco
lendam. Sicut autē mercenarius poſitus in

vinea ſua ſi neglexerit eam: non ſolum merce
dem ſuam perdet: ſed etiam deſerta vinea exi-
getur ab eo: ſic ⁊ nos ſi eius culturam debitã
neglexerimus: nõ ſolũ de ea ꝓijciemur: ſed
etiam a nobis quod neglectum fuerit: exiget.
Uinea enim dei nõ extra nos eſt: ſed in nobis
ipſis plantata eſt. Prima cor. 3. Dei cultura
eſtis. vnde iſte paterfamilias exijt per ſuã ma
nifeſtationem. Primo mane .i. pª mundi eta
te: vel in principio diſcretõis. Conducere opa
rios nõ ocioſos: non verboſos: q negligũt vl
dicunt: ⁊ non faciunt. In vineã ſuam: in qua
.ſ. palmites virtutum ꝯplãtauit. ¶ Sed heu
in hac vinea pro vino ꝯpunctionis: ⁊ deuotio
nis: ⁊ dilectionis: multi habent vrticam vren
tium carnalium deſideriorum: ⁊ ſpinas ama-
ritudinũ ⁊ odioꝝ. vnde ſi huic vinee propter
pigritiam nõ adhibeatur debita cultura: ſpine
⁊ vrtice ſuccreſcentes: vinee creſcentiã ſuffoca
bunt. Et ideo ne fructus tam ſegniter negliga
tur: hec vinea eſt putanda: fodienda: cuſtodiẽ
da: vindemanda. Putabitur .n. per vitioꝝ
extirpationem. Nam ſm Ambr. vinea reciſa
frondeſcit. Semiputata frõdeſcit. Neglecta
penitus luxuriat. Johis. 15. Omnem palmi
tem in me ferentem fructum purgabit eum.
Foditur per amoris diuini inflãmationem.
Hic .n. amor omnes amores mũdanos ⁊ q̃ſi
ad radicem vitis ſubortos eradicat ⁊ euellit.
Cuſtodit etiam: ne a beſtijs nociuis deuaſtet
Et ideo turris in medio eius edificat. Mat.
21. Per quam diſcretio rõnis intelligit: qua
mediante aditus beſtiaꝝ precludit. Deutero.
28. Uineam plantabis ⁊ vinũ nõ bibes: quũ
vaſtabitur vermibus. Uindemiabitur quoq
per noſtre intentiõis in deum directionẽ: vt
ſcilicet ſicut in vindemia exteriori botri abſci
duntur ⁊ ꝯportant: ſic omne opus bonũ per
nos factũ: de laude hoiũ abſcidat: ⁊ in vnũ
vltimum finem ꝯportet: ne verificet illd pſal.
Uindemiant eam q pretergrediunt ea.

Scdm principale.

Irca ſecundũ ꝑncipale: vbi propo
nitur nobis conductorum ad opus
miſſio: cum dicitur. Conuentõe aũt
facta: vbi ſunt due concluſiones.
¶ Prima concluſio eſt: quia ſm Chryſoſtm
conuentio eſt vite eterne promiſſio. Ideo ſal
uator ad hanc vineam rite ac debite excollen
dam: ꝓmiſſione vite eterne plures conduxit:
quantum ad diuerſos ſtatus hoiũ: qui ſunt
quinq .ſ. prelati: mercatores: milites: miniſtri
eccl'ie: ⁊ viri religioſi: ⁊ agricole. ¶ Per eos
ergo q mane conducunt: accipiuntur prelati:
qui primo vocantur ad opera iuſtitie. De qui
bus dicit ſapien. 2. Diligite iuſtitiam. Alios
ergo debent precedere in opibus iuſtitie. Et
ideo mane vocant. Exo. 8. Cõſurge diluculo
¶ Per hos qui hora tertia vocant: accipiunt
negociatores. Quibus congruit hoc quod di
citur. Inuenit alios ſtantes in foro ocioſos:
quia hora tertia forſan ſignat: ꝙ iter crucifixo
res domini computantur. Mat. 15°. Et erat
hora tertia: ⁊ crucifixerunt eum. Quod dicit
de crucifixione facta per linguas iudeoꝝ ſimil
quia mercatores cõſueuerunt pro lucro ſuo iu
rare: ⁊ ſic quodãmodo linguis crucifigunt.
Lingua enim iurantis: quaſi clauus ⁊ lancea
crucifigentis. Ideo enim iurant: vt eis credat.
⁊ ſic proximum decipiant. ¶ Per eos qui cir
ca horam vocantur ſextam: milites deſignant
quia cum hora ſexta dominus crucifigeretur:
a militibus veſtibus ſuis ſpoliatus eſt. Mat.
27. Signans eccl'ias: que rebus ſuis a militi
bus ſuis ſpoliãtur. Eccl'ia dicitur cõgregatio
iuſtoꝝ. ¶ Caput ieſu qđ ſpinis erat corona
tum: ſignat ſacerdotes: qui ſunt caput eccl'ie:
qui ſpinis coronant: quando decime eis a mi
litibus auferuntur. Johis. 19. Et milites qui
dem hec fecerunt. ¶ Per eos q circa horam
nonam vocati ſunt: ſignãt miniſtri eccl'ie ⁊ re
ligioſi viri. Nam hora nona ieſus expirauit.
Matth. 27. In quo figurat: ꝙ ipſi tanq̃ ſpiri
tuales ſeparari debent ꝯ carnali affectione.
Per quos ſignari etiã poſſunt ſimplices lay
ci: qui maxime curam de corpore myſtico xp̄i
habent. Iſti corpus xp̄i vulneratũ: aromati
bus condiunt: qui afflictiones ſanctorum cari
tatis affectu: ⁊ verbis cõſolationis pie demul
cent. Lintheaminibus etiã inuoluunt: q de bo
nis tpalibus neceſſitatibus ſcõꝝ ſubueniunt.
¶ Per eos q .xjª. hora vocati ſunt: ſignant
agricole: p quos ſignificari pñt iſti ſimplices.
¶ Et notãdũ ꝙ hij vocati hora .xjª. interro
gati ſunt. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Re
ſpõderunt. Quia nemo nos ꝯduxit. In hora
xjª. ſignatur õis tranſgreſſio. In reſpõſione
trãſgreſſionis excuſatio. Ipſi gdã ignorãtes
legẽ: ex ignorantia peccauerunt: ſ in rñſione
dicit. Qr nemo ⁊c. ſe excuſantes p prelatos.
Quid .n. eſt dicere nemo nos ꝯduxit: niſi nẽo
nos docuit: nemo nob p̄dicauit? Iſti peccãt ex

ignorātia: prelati ex malicia. Et lꝫ ꝑ ſint vocati ad opa iuſtitie nouiſſimi tamen iueniuntur.
¶ Scđa ɔcl'o eſt: ꝙ per denarium diurnum ſignatur remuneratio que ꝑlato debetur ꝓ cōtinuatione operis ⁊ doctrine. Et ſi denarius detur aliis: tñ non niſi prelato diurnus datur In quo ſignatur aureola que debetur: q̄ erit i ornamentū rōnalis: ad que ſpectat doctrina. Sicut aureola virginis decor eſt ɔcupiſcibilis in q̄ eſt mūditia. Et aureola martyꝝ ē ornamentū iraſcibilis: in qua fortitudo ⁊ patientia. Vnde dr̄. Ex denario diurno. Denarius dr̄ a decē: eo ꝙ decē nūmos vſuales valeat: ⁊ ſignat vitā beatā. Naꝫ i denario ē figura ſperica: vbi nō eſt inuenire finem: i quo ſignat̄ vite eternitas. Itē ymago regis inſcripta in quo ſignatur aīe ad deuꝫ plena ɔformitas. Itē materia p̄cioſa in quo eterne fruitiōis ſūma ſignatur iocūditas. Itē pulchritudo gratioſa in qua corporis glo'ſi grata formoſitas. Itē denari⁹ valet decē: q2 obſeruātibus decē precepta dabitur. Sꝫ diurnus dr̄. Tum q2 tota vita hoīs iuſti: reputatur q̄ſi vnus dies. Tuꝫ q2 opanti in die gr̄e: ⁊ nō in nocte culpe reddit̄: tuꝫ q2 in die glīe habet̄. Recte igit̄ denarius diurnus aſſignat̄ eis qui in obſequium chriſti non partem ſꝫ vite ſue totum diem expendunt.

Tertiuꝫ principale.

c Circa tertium ꝑncipale: vbi ꝓponit̄ nobis miſſoꝝ remuneratio: cuꝫ dr̄. Cū ſero aūt. vbi ſunt tres ɔclōnes.
¶ Prima ɔcl'o eſt: ꝙ lꝫ eadē ſit hora ⁊ tēpus laboris: ⁊ ichoatio quietis: ⁊ finis opis: ⁊ tp̄s retributionis: tñ finis mundi ꝓ tp̄e retributionis aſſignatur: vnde dr̄. Cū ſero factū eēt ⁊c. vbi Rabañ. d. Poſtq̄ꝫ opis diuini reddita ē ratio: ad remunerationis tp̄s accedit̄ opportunū. d. Cū aūt ſero eēt fctm̄. i. cū dies totius vite ad veſperū ɔſumatiōis inclinata fuerit: merces eſt reddēda. Quare ſꝫ Criſo. Sero: nō alio mane reddit mercedē. Ergo adhuc ſtante ſc'lo: iudiciū eſt futuꝝ ꝓpter duo. ¶ Primo q2 ipſa beatitudo futura eſt merces iuſtitie. Iō nō in alio ſeculo fit iudiciū: ſꝫ ante illud. ¶ 2° ne videant peccatores diei illius beatitudinē.
¶ Scđa ɔcl'o eſt: ꝙ ꝑmiuꝫ btitudinis eterne debet̄ dari ⁊ reddi. Dari qdē ex mera liberalitate pp grāꝫ hoī ſine ſufficienti merito gratis ⁊ liberaliter data. Cuꝫ ḡ hō ſit totalr̄ obnoxius ⁊ debitor ſui totius idiget dono grē gratū facientis per quā ſibi deus ɔdeſcendat: prius acceptando ſuam imaginē ⁊ voluntatē: q̄ꝫ operationē ab ipſo manentē. Quia cū cā nobilior ſit effectu: nullus pōt ſe facere meliorē: nec opus deo placēs: niſi ꝑus ipſe placeat. Ideo neceſſe ē vt d̄s ꝑus reſpiciat ipꝫ q̄ꝫ ad munera ei⁹. Non. n. q2 bona facimus boni ſumus: ſꝫ ecōuerſo. Ideo oīs radix meriti fundat̄ in gratia gratū faciente: cuius ē hoīeꝫ facere deo dignū Et ideo ꝑmiuꝫ eternū dr̄ nō ſolū dari ſꝫ reddi etiā tanq̄ꝫ debituꝫ ⁊ ꝓ merito quodāmodo redenduꝫ. vnde dicit. Dn̄s vinee. i. d̄s pater: q eſt dn̄s iure creatiōis: q2 vineā plantauit iure acq̄ſitionis: ⁊ ſic eaꝫ liberauit iure emptionis: ⁊ ſic eam ꝓprio ſanguine emit iure ɔſeruationis: q2 facit oēs expēſas: ⁊ oparios mittit: ꝓcuratori ſuo. ſ. xp̄o. Pater dedit ei oīa in manus. Iohis. 13. Pater nō iudicat quenq̄ꝫ: ſꝫ oē iudiciuꝫ dedit filio. Voca oparios: ſiue bonos: ſiue malos. vnde apoc. 14. Opa. n. illorum ſequuntur illos. Et ideo ſubdit. Et redde illis: ſtatim ſine dilatione. Mercedem ſuā totam ſine diminutione. vnde apoſtolus prima corinth. 3. Vnuſquiſq3 propriā mercedē accipiet ſm laborem ſuum.
¶ Tertia ɔcl'o ē: ꝙ i remunerādo d̄s magis pōderat caritatis magnitudinē: q̄ꝫ opeꝝ difficultatē vel multitudinē. Et h̄ quo ad ꝑmium ſubſtātiale: qđ eſt d̄s: q2 eſt ſubſtātia totius noſtre ſalutis ⁊ btitudinis: ⁊ illo ꝑfecte habito ꝑfecta ē nobis btitudo. Per ſolā aūt caritateꝫ ꝑfecte habet̄: q2 vbi caritas: ibi d̄s ē. Iohis. ꝑ. Deus caritas eſt. Et ideo pꝫ: ꝙ faciens opus minoris laboris ex maiori caritate ⁊ feruentiori deuotione plus meretur de premio ſubſtantiali: q̄ꝫ faciens opus maioris difficultatis ex minori caritate. vnde Gregori. Multi tarde incipiunt: ⁊ tamen eos ſepe q ipſos āteceſſerūt antecedunt. Nam dominus in ſuo ſacrificio non penſat quantum: ſed ex quanto ꝓferatur. Vnde licet illi qui primo venerant videntur recedi ꝑus: ſꝫ aliq̄n aliomodo fit. Iō dic. Incipiēs a nouiſſimis. Ratio: q2 q̄nq3 ɔtingit q nouiſſime intrant religionē: dolent ſe tarde veniſſe: ſatagunt recompenſare damnuꝫ temporis amiſſi: ⁊ feruentiores inueniuntur in operibus iuſtitie ⁊ penitentie: ɔſiderātes tp̄is breuitatē. Et ſic quandoq3 meritis equātur ⁊ etiā precellunt eos qui preuenerūt: ⁊ ſic nouiſſimi ſunt primi ⁊ ecōtra. Nō tñ ꝓpter h̄ in hac ſpe dꝫ quis pigritare q̄n fit ꝑus: ſꝫ aliq̄n ſic ɔtigat nō tñ ſemp: vñ ſecuri⁹ eſt feſtiare q̄ꝫ differre.

¶ Quarta ꝯcluſio eſt: ꝙ lꝫ plures in diuerſis ſtatibus: diuerſimode diuerſis tꝑibus: ad huius vinee culturam: ⁊ ad laboris remunerationem ſint vocati: oībus tamen vnus datur vl' debetur denarius. vnde dicit. Cuꝫ veniſſent ergo qui circa vndecimā horam venerant: acceperunt ſingulos denarios. i. vitam eternā: que ſm Aug. equalis erit oibus: nulli longior: nulli breuior: meritoꝝ tn̄ diuerſitatis fulgebunt. Alij magis: alij minus. Pria coꝛ. 10. Stella differt a ſtella in claritate. Et xp̄s Joh. 16. In domo patris mei ⁊c. Hic aūt denarius vnus eſt in ſe. multiplex autem propter accipientiū differētiaꝫ. ¶ Et nota ꝙ oibus ē vnus denarius. ſ. retributio. Eadeꝫ oibus pfectionis mēſura. Nā recta quedā ꝯſilia pcedūt recta deſideria ⁊ recta opa. Qd. n. ſine conſilio volumus vel agimus ad culturā vinee nō pertinet: ꝗꝫdiu. n. ſumus in via ⁊ in ſtadio currimus ⁊ in vinea laboramus. Plus ꝯſilio d̄ pfectione attingimus: ꝗꝫ affectu poſſumus imprimere: ⁊ in ope explere. Quis. n. eſt qd̄ ſe debere vel decere cognoſcit: pfecte amplectit̄ volūtatis ⁊ explet ope? Multa. n. cognoſcimus ꝙ facieda ſunt: ⁊ nō ea ſtatim volumus. Multa etiā volumus que non facimus ⁊ facere poſſumus. Tunc in patria qcꝗꝫ vnuſqſꝫ debere vel docere cognoſcit: totū vult: totū implebit̄: nō erit plus in ꝯſilio ꝗꝫ in deſiderio: nec in deſiderio ꝗꝫ in operis exercitio Eadeꝫ ergo forma pfectionis erit in ratiōe: que in voluntate: ⁊ hec eſt iucunditas perfecta dei: quia ex nulla parte inuenitur inequalitas: ⁊ implebitur illd̄ Apoc. 21. Longitudo altitudo eius. ſ. ciuitatis p quam aīa ſignatur equalia ſunt. ſ. cogitatio: voluntas: ⁊ opus.

Quartum principale.

Circa 4m pncipale: vbi ꝓponit̄ nobiſ pus ꝯductoꝝ murmuratio cuꝫ dicit. Venietes aūt pmi. vbi ſūt. 2. ꝯc̄es.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ ſancti intra ſe d̄ magnitudine diuine clementie quodāmodo murmurant: hoc eſt admirantur: videntes ꝙ d̄s tam copioſe ⁊ ſupra merita electos ſuos remunerat: ⁊ citius ⁊ copioſius qn̄qꝫ tarde venientes ꝗꝫ longo ſibi tꝑe ſuientes: dum. ſ. illi ſanctos ſuperant in caritatis magnitudine ⁊ feruore. Item iſta murmuratio pōt ſignare diuine patientie admiratione: dum ſancti vident perſos in mundo iſto florere ⁊ in cunctis ꝓſperari: ⁊ ecōuerſo bonos ⁊ innocentes deprimi in omnibus ⁊ tribulari. vnde Abacuch p. Quare nō reſpicis ſup inique agētes ⁊ taces ꝯculcāte impio iuſtioꝛē ſe? Unde dicit. Venietes āt primi. i. pmo vocati. Arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi: ſꝫ fruſtra vt dictū eſt: qꝛ acceperunt ⁊ ipſi ſinglos denarios iuxta conuentionem: ⁊ ideo murmurabant.

¶ Scd̄a ꝯclo eſt: ꝙ cauſa huiꝰ murmurationis fuit: qꝛ ineqliter merētibus ꝯſtituit eandeꝫ remunerationeꝫ. d. Hij nouiſſimi vna hora fc. ⁊c. ſ. in pmo. Qui portauimꝰ pondus diei ⁊ eſtus. Largitio. n. ſeu diſpēſatio in preſenti ⁊ glīe i futuro nō poteſt a nobis dijudicari: cur. ſ. vni pluſ: alteri minus largiat̄: ſꝫ eius ordinationi: qui pōderatoꝛ eſt ſpirituum: ⁊ cui omne coꝛpꝫ: ⁊ voluntas loqtur: eſt penitus relinquēdum: ꝓpter h̄: qꝛ primam gratiam nullus mereri poteſt de ꝯdigno. Gloriā vero poſſumꝰ mereri ex ordinatiōe diuina: non tn̄ menſurat̄ ſm actum exterioꝛē qui ſoli deo quo ad eiꝰ valoreꝫ notus eſt: vnde pondus pōt ſignare legis mandatuꝫ: eſtus temptationū calores poꝛtamus. i. ſuccumbimus.

Quintum principale.

Circa quintū principale: vbi ꝓponit̄ nobis murmuratiōis iuſta rep̄hēſio cū d̄r. At ille rn̄dēs. vbi ſt. 4. ꝯc̄es.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ d̄s murmuratione iniuſtaꝫ rep̄mit p ſuaꝫ equitatē: ⁊ ex eo ꝙ nō infert iniuriaꝫ. Unde d̄s nō agit iuſtius cuꝫ vno ꝗꝫ cum alio ſm Richar. in 4o ſuo. Sꝫ vna dei actio non pōt eſſe iuſtioꝛ alia: niſi aut p ꝯparationem ad voluntatē eius a qua egreditur: aut p ꝯparationē ad effectū ad quem terminatur.

¶ Primoº deus non agit iuſtius cuꝫ vno ꝗꝫ cum alio: qꝛ vna ⁊ eadē eſt eius volūtas a qua egreditur oīs eius actio circa creaturaꝫ. Nec ſomº. Naꝫ ꝗꝫuis cuꝫ alio agat maiorem effectum iuſtitie ꝗꝫ cū alio: tamē nō ſeqtur ꝙ actio eius circa vnū ſit iuſtioꝛ ꝗꝫ circa aliū. Juſtitia eniꝫ in q̄daꝫ equalitate ꝯſiſtit: ſiue ſm quātitatem: ſiue ſm ꝓportionē. Equalitas autē vtraqꝫ tanta ē in paruis ꝗꝫta in magnis. Proportio enim quatuoꝛ ad duo eqlis eſt ꝓportio. viginti ad decē: vtraqꝫ. n. eſt dupla: Deuſ. n. in agēdo: cū quolibet ſuat eqlitateꝫ ꝓportionis ī diuiſibili. Ad hoc aūt nos nō aſtringimur ꝓpter difficultateꝫ in nobis mediū attingendi: vt dicit phus. 2. Eth. Et ideo ꝗꝫuis iuſtiꝰ poſſumus agere cū vno ꝗꝫ cuꝫ alio: plus ad punctale mediuꝫ appropinquando: non ſic poteſt

dici de deo. vnde dicit. Amice nõ facio tibi in
iuriam: ex eo ꝙ facit iuſtitiam. Nonne ex de/
nario ꝛc. Et ſm Ihero. Ex ꝯformitate imagi
nis: ꝛ reformatione. Dicit autem vitij: qꝛ vna
equalis fuit ſingulis murmurãdi occaſio.
¶ Secunda ꝯclõ eſt: ꝙ lꝫ per peccatum ſim⁹
filij ire: tamen dicimur amici eius ꝓpter cari/
tatem: quam hꝫ ad nos: lꝫ eum offenderimus
multiplr̃ vt inimici. vnde vocat eum amicum
per fidei ſuſceptionem: ꝛ per actionem vel ca/
ritatis vnionem. Tolle qđ tuum eſt. q. d. ſi tu
ſeruares denarium decalogi: ego tibi redde/
rem denarium mercedis eterne. Tolle ꝗ qđ
tuum eſt. i. penaꝫ eternaꝫ: quam meruiſti pro
pter p̃ceptoꝝ ꝯtemptum. Et vade. ſ. in ignẽ
eternum: vel ſi murmur de bono ſumitur. vn
de q murmurauit: nõ tamen in murmure pti
nax fuit. Tolle qđ tuuꝫ eſt. i. vitam eternam
quam promiſi. Et vade in gaudium domini
tui. Nec tibi diſpliceat: ſi abſqꝫ damno tuo ali
us tecum p̃mietur. Si vero murmuratio ſu/
mitur pro admirari: tunc ſic. Tolle ꝛc. i. deſi/
ne admirari: qꝛ bonitas mea eſt inhauſibilis
ꝛ infinita.
¶ Tertia ꝯclõ eſt: ꝙ omnia que nobis ex di/
uino arbitrio conferunť ꝯtra talia nõ eſt mur/
murandum. Cuius ratio eſt: qꝛ voluntas dei
eſt cauſa oium que ſunt. Si. n. haberet dei vo
luntas cãm: erit aliquid: quod antecedat volũ/
tatem dei: qđ nefas eſt credere. Qui igiť que
rit. quare fecit deus h̄ vel hoc? Reſpondetur
Quia ipſe voluit. Qui autem q̃rit. quare vo/
luit? maius aliquid querit: ꝗꝫ ſit dei voluntas
Nihil autem aliqd maius inueniri põt. Com
peſcat ergo ſe humana temeritas: et illud qđ
non eſt: nõ q̃rat: ne illud qđ eſt non inueniat.
Hec Augu. vnde ſequitur. Volo autem ꝛc.
Huic. i. in pnĩa feruenti. Sicut ꝛc. ſ. innocẽ
tia torpenti. Et ne illicita credatur iſta volun/
tas: ſubdit. An non licet ꝛc. Quia. n. voluit:
ideo licitum eſt. Nihil enim poteſt velle: niſi
licitum ꝛ bonum.
¶ Quarta ꝯclõ eſt: ꝙ inuidus ꝗꝫtum in ſe eſt
nititur impedire libertatem diuine bonitatis.
Nam oculis tuis deberet placere pulchritudi
nem bonitatis mee: ſicut oculis ſanis nãlr̃ter
grata eſt lux. Eccl̃i. xj. Dulce lumen ꝛc. Sꝫ
oculi tui ſani non ſunt. Et ſicut dicit Augu.
Palato nõ ſano pena eſt panis: oculis infir/
mis odioſa lux. Tantum. n. monſtꝝ eſt inui/
dia: ꝙ oẽs ſenſus peruertit. Non põt bonum
audire de illo: cui inuidet. vnde. p̊. Re. 18.
Cum audiſſet Saul de ſtrẽnuitate Dauid:
doluit ꝛ ꝑuertit viſum. vnde ſeqť ibi. Iaꝫ nõ
rectis ocl̃is aſpiciebat ſaul dauid. Silr̃ linguã
vñ de fratribus Ioſeph dicit gen̄. 37. Nõ nõ
poterant ei qcq̃ꝫ pacifice loq. Sequiť. An ocu
lus tuus neqꝫ eſt. Oculus. ſ. rõnis: q̊ ꝑuerſe
iudicas: ꝛ meã bonitatem arguendũ putas.
Quia ego bonus ſum: ex nã. ſ. bonitatis mee
dona gratie ꝛ glorie coicans. Chryſo. De da
to eius nemo iuſte murmurat: q amplꝰ dat ꝗꝫ
hõ deſiderat. Sextũ p̃ncipale.
S Extum p̃ncipale eſt de dictoꝝ ad ꝓ
poſitum applicatiõe: cum dicit. Sic
erunt ꝛc. vbi ſunt due ꝯcluſiones.
¶ Prima ꝯclõ eſt: ꝙ ſaluator. d. Sic erũt no
uiſſimi p̃mi ꝛc. Oſtendens ꝙ vndecima ho/
ra venientes. ſ. illi qui in vltima ſenectute con
uertuntur: fierent auidiores: ne ſe exiſtimarẽt
minus habituroſ. vñ dicit. Sic. n. nouiſſimi dũ
modo plus ferueant amore: erunt primi. i. in
p̃mij retributõe. ¶ Ratio eſt. Multi. n. p̃us
feruenteſ: poſtea torpent. Et ꝯ°. Multi p̃us
frigidi: poſtea inardeſcũt. Faciamus igiť ſm
ꝯſilium Senece. qđ in timere fieri ꝯſueuit: vt
qui tardius exiuerãt: moram velocitate cõpen
ſent: vt patuit in Magdalena: q̃ tarde incepit
ꝛ multos alios caritatis feruore anteceſſit. vľ
ſic. Nouiſſimi in ꝓpria reputatione. Erunt
p̃mi. i. digniores in diuina acceptatiõe. Et hõ
dicit Chryſo. Erunt p̃mi ꝛc. Eos occulte in/
ſinuat: qui a principio virtute claruerũt: ꝛ po/
ſtea v̓tutem ꝯtẽpſerunt: ꝛ rurſus eos q a ma/
litia reducti ſunt: ꝛ multos ſupercellebãt.
¶ Scđa ꝯ° eſt: ꝙ arcta eſt via que ducit ad pe
nitentiam. ꝛ pauci gradiunť per illã. Ideo vi
uamuſ: vt pauci a ſculariũ nos tumultu ſepa
rando. vñ infert Anſel. di. Quapropť qcũqꝫ
nõ dum viuit vt pauci: aut vitã ſuã corrigẽdo
ſe colligat inter paucos: aut cuꝫ mľtitudine ti/
meat reprobationẽ. vñ dicit. Multi ſunt vo.
ad fidẽ ꝛ meritũ: pauci vero ele: ad caritateꝫ ꝛ
btitudinis p̃miuꝫ. vnde Gre. d. Ad fidẽ. n.
plures veniunt. ꝛ ad celeſte regnum pauci ꝑ/
ducuntur. Pleriqꝫ deuꝫ vocibus ſequunť: ꝛ
moribus fugiunt. ¶ Ex h̄ igiť duo penſare de
bemus. ¶ Primũ eſt vt de ſe nemo p̃ſumat
qꝛ ꝛ ſi iam ad fideꝫ vocatus eſt: vtꝝ ad regnũ
ſit eligendus: neſcit. ¶ Scđm vt vnuſquiſqꝫ
ꝓximum ſuum: quem iacere in vitijs ꝯſpicit:
deſpicẽ nõ audeat: qꝛ diuine mĩe diuitias ignat.

¶ Dominica in .lxª. Sermo .37. de euāgº.

c **Um turba** plurima ↄuenirent ⁊ de ciuitatib⁹ ꝑparent ⁊c. Luc. 8. Secūdū q̄ dicit phs. 2º phi. Omnia agentia agūt ꝑpter finem. Sȝ q̄r beatitudo ē finis humane salutis. Saluator volēs nos beatificare: coagit ad salutē tanq̄ in finē et ideo in finem non p nos: sed ab alio ordinamur. Tum q̄r tota natura coopat̄ ad dm̄: sicut instrumentum ad agens principale: tū q̄r particulares cause mouent̄ a causa vniuersali. Sicut rector ciuitatis qui intendit bonuȝ commune: mouet suo imperio omnia pticularia officia ciuitatis. Et ideo necesse est vt huiusmodi natura ꝟtute principalis agentis quasi instrumētum ꝑpter finem beatitudinis virtual'r cause vniuersali coopetur que est voluntas diuina: que in bonum vniuersale se extendit. vt innuit̄ i euāgelio sub methapora semis. vnde Theo. Non cessat autē dei filius in nostris animab⁹ seminare nō solum cū docet: sed etiam cū creat in nostris animabus semina sua cuȝ dicit̄. Cū turba multa ⁊c. vbi tria notant̄ aduertenda

Primū principale.

c Irca primū principale: vbi ꝑponitur nobis satoris liberalitas cum dicit̄. Cū turba plīma. vbi sūt sex ↄclones.

¶ Prima conclusio est euidere qs dicat̄ sator et dicit̄ ſm quēdam q̄ sator coiter dicit̄ ille: qui intendens fructuȝ ↄsecutionē: originē generis illoꝝ fructuȝ habilitat ⁊ disponit: siue seminādo siue plantādo tempore opportuno: vt sic crescendo ſm genus suū ꝑferat sibi fructū.

¶ Secūda conclusio est q̄ multi sunt seminatores spiritualium: que heu quasi omnia perierunt. vnde conqueritur Ber. dicens. O genus adam q̄ multi seminauerunt in te: ⁊ tamē ꝑciosuȝ semē q̄ male perit. Seminauit in terra nostra pr̄ de corde suo filiuȝ: filius veritatē: spiritus sanctus caritatem. Angeli prudentiaȝ Apostoli substantiaȝ. Martyres fortitudineȝ Confessores iustitiam. Uirgines castitatē. et quilibet iustus meritoriam actionem.

¶ Tertia conclusio est q̄ licet diuersi diuersimode diuersa seminauerunt: tamē ꝑprie ⁊ ꝑncipaliter hunc satoreȝ intelligimus saluatorem qđ ostēdit Eusebius .d. Exiuerunt autem a patria celesti: ⁊ ad homines descenderunt nō tū vt sererēt. Necȝ .n. erāt satores: sed administratores spūs in mysteriū missi. Moyses ēt ⁊ pphe post eum nō seiauuerunt hoīb⁹ mysteria regni celoꝝ: sed retrahēdo insipiētes ab errore negtie: ⁊ ydoloꝝ cl'tu. Solus aūt oīnȝ sator ꝟbum dei exiuit euāgelizaturus noua semina .s. mysteria regni celoꝝ. Et iō dicit etiā Beda. Satorem istum nullū melius q̄ filiuȝ dei itelligere possumus: q de sinu patris: qua creature nō erat accessus: egrediēs ad h̄ venit in mundū: vt testimonium phiberet ꝟitati.

¶ Quarta ↄ est: q̄ iste sator celicus ad recipiendum efficaciter h̄ semen dinum: cor humile ⁊ discretū habilitat ⁊ disponit: ifirmitates morales admonēdo: ⁊ spūalem ꝑfectū ꝑmonēdo Nam ſm Ambr. fragilitas humana firmuȝ neqt in tanto secl'i lubrico tenere vestimentum ⁊ aduersus errorē remedia: cui bonus medicus demōstrauit. Spem venie iudex misericors nō negauit. Qđ notat̄ cum dicit̄. Cū turba plīma .s. in mūdi sollicitudinibus dispsa cōueniret .s. i vno ꝑposito deo adherēdi. Et de ciuitatibus: nō de villulis rurēsibus: innuēs q̄ nō solum simplices: sȝ piti ⁊ magnates xp̄ȝ q̄nȝ sequebant̄. vnde dicit̄. Propabat ad iħȝ vt ſȝ exigentiā cuiusȝ oibus sua beneficia cōicaret: donādo: alendo: sanādo. vnde ſm Ambro. Dñs ↄtulit m'tis varia gnā sanitatū: nec tpe: nē loco cepit a studio sanādi turbā cohibē

¶ Quinta ↄº est: q̄ lȝ pabola sit rex dissimilium sub aliq̄ silitudine facta ↄparatio: ⁊ qbusdaȝ eēnt obscure pp eoꝝ maliciaȝ: tñ dñs vsus est freq̄nter pabolis pp sex motiua. ¶ Primuȝ q̄r simplicibus dabāt clariorē intellectum: ⁊ si non ꝑma auditōe: saltem iterata replicatōe seu ēr expositōe. vbi discipuli intellectū h⁹ pabole petierunt sibi a xp̄o exponi. ¶ Scđo vt indignis secreta fidei nō pāderent̄. vñ Mat. 7. Nolite sctūȝ dare canibus. ¶ Tertio vt vestigium dine sapie in creaturis singl'is discam⁹ ingrere: ſm illđ Ro. p̄. Inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt ⁊c. ¶ Quarto vt ex paucis ꝟbis pl'es intellectus inuenirent̄. ¶ Quinto vt attentiores faceret auditores. Cōsueuerunt .n. hoies in obscuris: q̄i in qbusdaȝ raris se plus exercere: ⁊ manifesta ↄtēnere. ¶ Sexto vt a simplicib⁹ facilius ei⁹ doctrina retineret̄. Ex cognitis quippe manuducit̄ intellectus ad cognitionem aliorum. Et hoc est qđ dixit. Per similitudinem .i. in parabola.

turali rationi ſupadditū. Et hoc lumen inter/dum priuat ab aīa. Et talis priuatio eſt cecitas: que eſt pena ſm q̄ priuatio luminis grē quedā pena ponit. ¶ Tertio eſt aliqd intellectuale lumen p q̄ hō intelligit aliqua cū quodā pncipio intellectuali. Mens enī hominis poteſt intendere: ꝛ nō intendere. Et ꝙ ei non intendat ꝯtigit dupliciter. Quādoq̄ qdē ex hoc ꝙ hēt voluntatē ſpōtanee ſe auertentē a cōſideratione pncipij. Pſal. Noluit intelligere ꝛc. Alio mō p occupationem mentis: circa alia que magis diligit. Quibus ab inſpectione huius pncipij mens auertitur. ſm illud pſal. Super cecidit ignis ꝛ nō viderūt ſolem. vtroq̄ mō cecitas mentis eſt peccatū. vnde dicit. Cum appropinquaret iherico. ſ. ieſus ſuſcipiens noſtre mortalitatis defectus. Quia iherico defectus interpretat: vt p nobis moreret: que mors domini nouiſſimus eſt defectus. Per hoc autē q̄ ſequit. Cecus qdā ſedebat: oſtenditur fructus paſſionis. ſ. illuminationis eoꝝ qui pordinatꝰ ſunt ad vitā p fidē. ¶ Et nota ꝙ d̄ iſto ceco multa dicunt. ſ. ꝙ cecus ꝛ ꝙ ſedebat etiā iuxta viā: et ꝙ mendicus: etiā ꝙ interrogauit pretereuntes etiā ꝙ clamauit fili dauid. iſte cecus deſignat nō credentes. tamen pordinatos ad vitam eternā. Eph. 5°. Eratis aliqn̄ tenebre. Sedere autē cecus iuxta viā dicit ꝙ ꝛ ſi extra viā tamen reuocabilis. Mendicans dicit nō ſolū pauper. Mendicus q nō ſolū paup eſt: ſed ex ſua paupertate gemit et dolet. Et p h̄ ipē puocat ad miſericordiā: et ad miſeriā reuelandā flagitat deus. Turba preteriens multitudo ſanctoꝝ doctoꝝ ꝛ pphāꝝ eſt qui omnes anunciauerunt xp̄m venturū. Hic clamat fili dauid miſere. Dauid manu fortis interpretat Ideo robora debilē: et infirmū miſerere tollendō miſeriam culpe. per quam cecitas ꝛ miſeria pene: per quam infirmitas notatur. Et qui preibant: increpabant eum: vt taceret. Hij ſunt turbe peccatorum: cogitationum: ꝛ affectionum malarum: impedientes gratiā impetrandam. Ille vero multo magis clamabat in ſupplicatione perſeuerando.

¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ ſaluator videns in peccatore habilitatē pficiendi in bono: ꝛ pmptitudinem reſiſtendi in malo: confert auxiliū gratie ſiſtendo: prohibendo ſcilicet peccatum: ne vltra procedat: ꝛ cauſando in mente habitum virtutum: vt exeat in actus virtuoſos. Nam gratia cum ſit quoddā donū ſupernaturale: non meret naturali dignitate quacūq̄: ſed mentis debita diſpoſitione adipiſcitur. vnde dicitur. Stans autem ieſus: iuſſit illum adduci ad ſe. In hoc modus ꝛ virtus curationis oſtenditur. Non enim ex natura morali: que preterijt: ſed ex diuina: que immutabilis pmanet: habebat quod curauit. Interrogat autem non ꝙ neſciret quid ſibi fieri optaret: ſed vt reſponſione eius manifeſtum fieret quid illud ē in quod deſiderium antiquorum feruebat: ſcilicet videre xp̄m. Luce. 10. Multi reges ꝛ pphete voluerunt videre que vos videtis: ꝛ nō viderunt. vnde iſte cecus non dixit. Sū mēdicus domine: peto vt diues fiam: ſed dixit. Domine vt videam.

¶ Quinta concluſio eſt: ꝙ cecitas que eſt effectus peccati: maxime depellitur per lumen fidei. Nam fides nō ſolum eſt de hijs: que per ſe ſunt intenta: ſed etiā eſt de hijs: que ſunt ad intentorū manifeſtationem. Sed quia remiſſio peccatorum eſt effectus manifeſtans diuinam maieſtatem: ꝛc hriſti incarnationem: tanquam cauſam: vnde ad remiſſionem peccatorum habendam: neceſſaria eſt fides. Sed q̄ fides pncipaliter eſt de hijs: que videre in patria ſperamus: ſm illud hebreorum. xj°. Fides eſt ſubſtātia rerum ſperandarum: ad quorum notitiam manuducimur per parabolarū manifeſtationem: ꝛ miraculorum operationē que ſunt opera diuinitatis pertinentia ad eſſe gratie. Que remiſſio peccatoꝝ inq̄tū ptinet ad ſctificatiōnē humanā: cadit d̄ neceſſitate ſb numero credendorum: ſine quibus ſalus haberi non poteſt. Et ideo volens oſtendere neceſſitatem fidei ad ſpiritualem curationem: dixit illi ieſus. Reſpice: fides tua te ſaluum fecit. Non dixit. Aſpice: ſed reſpice. Reſpectus quidem eſt de eis: que retro ſunt. Sed aſpectus de hijs: que preceſſerunt. per quem admonet Chriſtus conſiderare quantum ſit conueniens modus reparatioīs humane: qui oſtenditur nobis per fidem ꝛc. Aliam enim medicinam non requirebat genus infirmitatis. Nam qui bene attendit: non abhorret incarnationem filij dei. Ideo dicit Auguſtinus. Alius modus repationis noſtre fuit deo poſſibilis. Nullus tamen noſtre miſerie conuenientior ꝛc.

¶ Sexta ꝯcl'o eſt: ꝙ debemus de beneficijs dei ſemper eſſe grati. ſ. gratiaꝝ actione. Hoc autē maxime debetur illi qui gratis beneficiū

contulit ad qđ non tenebatur. In deo autez pri mo ꝛ principaliter inuenitur cauſa debiti: qꝛ ei obligamur ad gratiaꝝ actione: eo ꝙ ipſe ē pri mum ꝓncipiū omniuz bonoꝝ noſtroꝝ. Ma/ nifeſtuz eſt aūt ꝙ oīs effectus nāliter ad cauſaz oīuz ꝯuertitur ſm Diony. Deus oīa in ſe cō uertit tanq̄ oīum cā. Certū eſt ꝙ beneficium inquantum eſt huiuſmodi: eſt cauſa beneficia/ ti. Et ideo naturalis ordo requirit: vt ille qui ſuſcipit beneficiuz per gratiaꝝ actiōem ꝯuerta tur ad benefactorē. Et ſm iſtū modū deuz ho noramus: cū ꝯuertimur ad ipz tanq̄ ab eo be neficiati per gratiaꝝ actiōez ꝛ vocem laudis. De quo pſal. Sacrificiū laudis honorificabit me. vnde dr. Et ſequebatur eū. ſ. poſt benefi cium illuminatiōis. Magnificans deum. Et omnis plebs ꝛc. ſ. per gratiaruz actiones. vn/ de Greg. Dignum eſt ſemper gratias agere qꝛ deus nunq̄ ceſſat benefacere. Pſal. Bñ/ dicam dominuz in omni tēpore: ſemp laus eiꝰ in ore meo. Cui ſit honor ꝛ glīa in ſcl'a ſcl'oꝝ.

¶ In capite ieiunij. Sermo. 40. de euangº.

Cum ieiuna

tis nolite fieri ſicut ypocri te triſtes. Matth. 6. Licet opa penitētialia in peccato mortali facta ſint iteranda ſm doctores: qꝛ non ſunt deo accepta: ſm illud Yſa. Cū multiplicaueri tis orōnes veſtras ꝛc. Tñ ieiuniuz ꝛ elemoſi na non ſunt iteranda: qꝛ poſt tranſitū actus re linquunt veſtigiū in ſatiſfaciente: Sicut ex ie iunio ſequitur corporis maceratio: ꝛ ex elemo ſina ſubſtantie minoratio. Sed qꝛ nullū pctm̄ manebit impunitū qꝛ ipſum punietur. Et hoc vel ꝑ ſatiſfactionē in preſenti: vel ꝑ purgatorij penā: vel per eternā damnationem in futuro. Ideo ſaluator in h̄ euāgͤ hortatur nos ad pre dictoꝝ executionem: vbi occurrunt nobis due ꝯſideratōes. ¶ Prima eſt de corporis mace ratione: per ieiunium. ¶ Secunda eſt đ mi ſericordie exhibitione per elemoſinam.

Prima conſideratio.

Circa primam conſiderationem oc/ currunt nobis ſex concluſiones

¶ Prima ꝯcl'o eſt videre qđ ſit ieiu nium: ꝛ dicitur ꝙ ieiunium eſt maceratio car/ nis ab arbitrio cōfeſſoris inflicta: pro peccatis voluntarie: accepta a ꝯfitente: ad domandum paſſiones ꝛ minuendū tēptationē. vt ſic mere atur peccati remiſſionez: ꝛ gratie infuſionem. Per h̄ ꝙ dicit ꝙ ſit maceratio carnis. Exclu/ ditur ſuꝑfluitas nimie repletiōis: que euacuat meritum: per hoc qđ dicit ab arbitrio confeſſo ris. Inflicta pro peccatis: oſtendit ꝙ talis hu/ milis ſubiectio: ꝛ ꝯfeſſoris iuſſio reddit ipſum deo acceptum: per hoc qđ dicit voluntarie acce pta a ꝯfitente: oſtendit ipſuz eſſe meritorium: qꝛ paſſio innata ſeu cauſaliter illata non meret̄ Sed voluntarie accepta. Per hoc enim quod dicit ad domanduz paſſiones: oſtendit ꝙ paſſi ones in mēbris latētes ſunt inſtrumenta dia/ boli: qbus mediantibꝰ nos ipugnat: ꝛ eis ꝑua lētibus inhabiles efficimur ad merenduz. Et qꝛ ſic ieiuniū eſt medicina ꝯtra paſſiōes. Ideo multū eſt amplectendū: qꝛ tēptatio ꝑ ipſuz mi/ nuit̄: paſſiones domant̄. vnde apl's pª corin. .9. Caſtigo corpus meū. ſ. ꝑ ieiuniū: ꝛ in ſer/ uitutē redigo carnē. ſ. ſubijciēdo ſpiritui: ꝛ ſic ſm Iſi. hō ſpiritualiſ effcit̄. angelis coniūgit̄ ꝛ đo liberiꝰ copulat̄. vñ dic. Cū ieiunatis ꝛc. ¶ Scđa ꝯcl'o eſt videre de his qui ad ieiuniū corporale obligant̄. Et dr ꝙ oēs ſani corpore ꝛ mēte: nō hñtes legitimā cauſaz excuſantem qꝛ legiſlatoris intētio in cōdendo ius poſitiuū: nō intendit aliquez obligare ad ꝯſuationez illi us iuris hñtez legitimā cauſaz excuſantē: ſiue nō obſuādi illud: qꝛ legi nō ſubiacet neceſſitaſ Plures tñ legitimis cauſis excuſant̄. ſ. pueri: mulieres ꝑgnātes: ꝛ paruulos lactātes: egro/ tantes: nimiū ſenes: graui labore victuz neceſ ſariuz querētes: ꝛ hoſtiatim mendicātes: ꝛ ad mēſas alioꝝ ſuētes ꝙ pñt modicuz ꝑguſtare. ¶ Tertia ꝯº eſt: ꝙ quadruplex eſt ieiunium. ¶ Primᵐ ē abſtinētia corporis de q̄ dictum ē ¶ Scđz eſt abſtinētia ab iniqtatibus. Augu ſtinus. Ieiuniū magnuz eſt abſtinere ab iniq tatibus ꝛ ab illicitis ſcl'i voluptatibꝰ. ¶ Terti um eſt ꝟtuale. ſ. abſtinētia ab occaſiōibus pec catoꝝ. de quo Ber. Si gula ſola peccauit: ſo la ieiunet ꝛ ſufficit. Si cetera mēbra peccaue/ runt: ipa ieiunēt. Ieiunet oculis qui depreda tus eſt aīaz curioſis aſpectibus. Ieiunet auriſ a fabulis ꝛ rumoribus ocioſis: ꝛ ad ſalutez nō pertinentibus. Ieiunet lingua ab illicitis ver bis: ꝛ manus ab opibus malis. Ieiunet aīa a vitijs: ꝛ a ꝓpria voluntate. ¶ Quartuz eſt ce leſte ieiunium. ſ. abſtinentia a creata delectatio ne: ꝛ eſuries refectiōis diuine.



¶ Quarta ꝯclõ eſt: ꝙ in omni ieiunio decli/
nanda eſt falſa ſimulatio ypocriſis. Ratio eſt
Nam grauius eſt peccatum gloriã querẽ i ſpi
ritualibus: ſicut in ieiunio ⁊ elemoſina: ꝗ̃ʒ in
corporalibus: qꝛ minus hñt motiuũ ad glori/
andum: eo ꝙ minus extra appareant: et etiaʒ
qꝛ ex maiori ꝯdeſcenſione dei: ad hominis vti
litatem: ⁊ ad diuinam laudeʒ ordinabãtur nõ
humanam. vnde Au. Ypocrita eſt: qui aliud
eſt ⁊ aliud ſimulat. Vnũ ope ⁊ aliꝺ volũtate i
tẽdit. Hunc etiaʒ reprehẽdit Criſo. d. O ypo
crita: ſi bonum eſt eſſe bonũ: vt quid non vis
eſſe: qꝺ tñ vis apparere? Nam ſi turpe eſt ap
parere: turpius eſt eſſe. Qꝺ aũt formoſum ẽ
in apparentia: formoſius eſt in exiſtentia. Igi
tur: aut eſto qꝺ appares: aut appare quod es.
⁊ hoc ẽ qꝺ dicitur. Nolite: quaſi diceret exclu/
dendo a ieiunio ꝑuerſam voluntatem ⁊ inten
tionem: qꝛ in voluntate eſt radix meriti ⁊ de/
meriti. Fieri. i. niti ad h̄ vt appareatis triſtes
Exterminant eniʒ ⁊c. quaſi diceret extra ter/
minos proponunt: realis exiſtentie. ſ. per ma
lam intentioneʒ: que per faciẽ intelligitur. Et
ideo ꝯminatur eis futuram ꝯdemnationeʒ d.
Amen dico vobis receperunt mercedem ſuã
ideſt laudem humanã hic in preſenti: ⁊ nunꝗ̃ʒ
celeſtẽ. ¶ Nota tñ ꝙ velle placere hoibus ꝓ
pter caritatem nutriendam: ⁊ ad ꝑfectum ſpiri
tualem ꝓximi eſt ꝯmendabile exẽplo apoſtoli
Prima cor. 10. Omnibus per oia placeo.
¶ Quinta ꝯclõ eſt: ꝙ duo faciunt ieiunium
acceptabile. ¶ Primuʒ eſt mĩa. vnde dicit.
Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuũ. i. xp̄ʒ in
mẽbris ſuis oleo miſicordie. vnde dicit. Qꝺ
vni ex minimis ⁊c. Cui ꝯtradicunt parcentes
ſumptibus. De qbus Ihero. Paupi ſubtra
hit: qui ea que ꝯcedẽdo ſumere debuit: ſibi re/
ſeruat. Talis nõ deo. ſʒ burſe ieiunat. ¶ Se
cundũ eſt puritas mentis. vnde eccli. dicitur.
Qui ieiunat a peccatis ſuis: ⁊ iterꝝ facit ea: qd
prodeſt humiliatio eius? Nihil. Et ideo xp̄s
vult ipſum fieri pure dicẽs. Et faciem tuaʒ la
ua. Tunc. n. facies lauat: cũ ꝯſcia diuerſimo/
de purificatur. ſ. aqua ꝯpunctionis. Sic Da
uid culpaʒ homicidij deleuit. Petrus crimen
negatiõis. M. magdalẽa m̄titudinẽ pctõꝝ.
¶ Sexta ꝯcluſio eſt ꝺ effectibus ieiunij: que
ſunt quatuor. ¶ Primus eſt peccatoꝝ extir/
patio: vnde Ber. Non ſoluʒ per ieiuniuʒ eſt
ablutio peccatoꝝ: ſed etiaʒ extirpatio vitioꝝ.
Non ſolum dʒ peccata preterita que commiſi
mus: ſed etiã repellit futura que ꝯmittere po/
terim⁹. ¶ Scõo defendit nos ab aduerſario
vnde Yſido. Demoniũ cito per abſtinentiaʒ
vincitur. ¶ Tertio de diuina acceptatione: ⁊
de pene remiſſione nos ſecurat. Unde Ber.
Jeiunium nõ ſolum obtinet veniam: ſed etiaʒ
meretur gratiaʒ. ¶ Quarto meretur diuinas
reuelationes. vnde Helyas ieiunauit anteꝗ̃ʒ
veniret ad montem dei oreb.

Secunda ꝯſideratio.

S Ecunda ꝯſideratio que eſt de miſe/
ricordie exhibitione per elemoſinaʒ
Cum dĩc. Nolite theſaurizare: vbi
occurrunt ſex concluſiones.
¶ Prima ꝯcluſio eſt videre quid ſit theſauri
zare: ⁊ dr̄ ꝙ theſaurizare eſt adeptio diuitiaꝝ:
cum ſollicitudine mentis ⁊ corporis cauſaliter
ꝓpter ſupuenientis neceſſitatis pericula pre/
cauenda: vbi tria innuũtur. ¶ Primum ẽ ꝙ
duplices ſunt diuitie: que in theſauro reponũ
tur. ſ. tpales ⁊ ſpirituales. Ideo dicit: ꝙ ẽ ade
ptio diuitiaꝝ. ¶ Scõm eſt ꝙ. ſ. in tali adepti
one. ſ. tpalium virtutes aie diſperguntur: ita
ꝙ non poſſunt inſiſtere ſollicitudini circa ſpiri
tualia adipiſcenda. vnde dicit. Cum ſollicitu/
dine mentis ⁊ corporis: qꝛ nemo poteſt duo/
bus dominis ſeruire. ¶ Tertiuʒ eſt: ꝙ timor
defectus ſollicitat theſaurizare: taʒ in ſpũalib⁹
ꝗ̃ʒ in tpalibus. vnde dicit. Cauſaliter ⁊c.
¶ Scõa ꝯcluſio eſt: ꝙ theſaurizare in tẽpora
libus: ⁊ abſqʒ omni intenſione neceſſitatis ꝓ/
prie vel aliene: oibus ꝓhibetur: quia vt ſic eſt
peccatũ mortale. Theſaurizare auteʒ ex proui
dentia: vt ſi homo ſuis quoꝝ cura ſibi incum/
bit in neceſſarijs prouideat ſecularibus: cõce/
ditur. clericis vero ⁊ religioſis theſaurizare oi
no non licet. vnde Ambro. Aurꝝ hʒ eccleſia:
non vt ſeruet: ſʒ vt eroget. ¶ Primũ. ſ. ꝙ nõ
licet ex affectu auaritie theſaurizare: pʒ ꝑ Criſ.
ſuper Mat. dicentẽ. Stultum eſt in terra the/
ſaurizare: ⁊ oia illuc relinquere: vnde exiturus
es: ⁊ illic nihil ꝑmittere: quo iturus es.
¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ licituʒ eſt theſaurizare
ex ꝓuidentia: tñ eſt periculoſa: qꝛ licet honeſta
licita: ⁊ bona: tñ ibi concurrunt multa peccata
In negociatione qua mediante theſaurizatur.
¶ Primuʒ eſt officij diuini amiſſio ſiue negli
gentia. Eccle. 26. Difficile exuitur negocians
a negligentia. ¶ Scõm eſt cupiditas eos in/
flãmans. vnde ſicut ignis nunꝗ̃ʒ dicit ſufficit.
Prouerb. 30. Sic mercator currens ꝑ mun

duu nunq̃ꝫ ſatiatur. ¶ Tertium eſt negligen
tia ꝓprie cure: nihil a deo diſſipat propriam
ꝯſideratioнē: ſicut implicare in exterioribus.
¶ Quartū eſt mēdaciuꝫ oris: ſimulatio mētis
ꝛ alteratio ſnbertiū. ¶ Quītuꝫ circūuentio ꝛ
deceptio. vnde ducunt ſimplices ad tabernam
quibus inebriatis extorquēt ab eis merces ꝓ/
ut volunt. vnde ꝑma theſ. 3°. Uidete nequis
ſuperegrediatur fratrem ſuum in negocio ꝛc.
¶ Sextum eſt periuriū vt credatur eis vt lu/
crentur. Eccli. 23. Uir periurans replebitur
iniq̄tate. ¶ Septimū eſt diminutio in menſu
riſ. Prouer. xj. Statera doloſa abbominatio
eſt apud deū. Et pōdus equuꝫ voluntas eius.
¶ Octauū eſt oppreſſio pauperū qꝛ aggregā/
do frumentū faciūt chariſtiam: ꝛ ante meſſem
emunt ab indigentibus frumentū ꝓ paruo p̄/
cio. Et poſtea ad volūtateꝫ: eiſdē cariꝰ vendūt.
¶ Quarta ꝯclō eſt: ꝙ theſaurizare ꝑ inordia/
tum modum negociādi. ſ. ꝑ vſurā eſt dō abbo
minabile: nec de tali dꝫ fieri elemoſina: ſꝫ inte/
gralr̄ reſtitui. ¶ Ubi nota ꝙ due ſūt ſpēs vſu/
re. Una eſt manifeſta. Alia palliata. Manife
ſta eſt cū qs tradit numerata vel pōderata: vel
mēſurata tali pacto: vt det̄ ſibi aliq̄d vltra ſor/
tem. Quia regula eſt: vbicunq̄ꝫ de ſorte inten
dit plus accipe q̄ꝫ ſit ſors: ꝛ h̄ exp̄mūt forma cō
tractus eſt vſura. Uſura palliata hꝫ ſex ſpēs.
¶ Priͣ accidit circa pignora ꝛ obſides: ꝛ h̄
fit quīq̄ꝫ modis. Primꝰ eſt cū aliq̄s hꝫ allo/
diū in pignore: vt fructus colligat vltra ſorteꝫ
Scd̄s cū qs pignoribus vtit̄. Tertius cuꝫ
aliq̄s facit equos comedere plus ſolito. Quar
tus cū hꝫ obſides de q̄ꝝ expēſis viuit. Qui/
tus cuꝫ dilationē dat ꝓ munere. ¶ Scd̄a ſpe
cies vſure palliate fit circa emptiōes ꝛ vēditio
nes: que fit tribus modis. Primo q̄n emit
poſſeſſionē lōge minori p̄tio: tali ꝯditiōe. ꝙ vē
ditor poteſt eā redimere. Scd̄o q̄n quis vē/
dit ad terminū maiori p̄tio q̄ꝫ valeat in termio
vel vſq̄ꝫ ad terminuꝫ illū. Tertio q̄n quis an
te terminū emit ꝓ minori q̄ꝫ valeat. ¶ Ter/
tia ſpecies palliate vſure eſt cū aliq̄s vltra ſortē
accipit ſine pacto exp̄ſſo: ipſa ꝯſuetudine ſic ta/
cite faciēte pactū: qd̄ eſt tegere palliatā maliciā
ſub noie bōitatis. ¶ Quarta ſpēs palliate vſu
re ē: cū qs palliat vſurā noie ſocietatꝭ volēs eē
ſocius in lucro ꝛ nō in dāno. Ille cui creditur
pecunia dꝫ habere laborē ꝛ p̄iculū anime ꝛ cor
poris: inſuper periculū pecunie ſolus. Idem ē
de omnibus imortalibus. ¶ Quinta ſpēs vſu/
re palliate eſt cū quis palliat vſuram noie pene
ꝯuentionalis: qd̄ lꝫ q̄nque poſſet fieri iuſte: qꝛ
iuſtum eſt negligētiā puniri alicuius: tn̄ q̄ꝫtuꝫ
ad multos vſura eſt: qꝛ in talibus nō attendūt
vt ſibi ſoluat̄ citius: ſed vt ſoluatur amplius.
¶ Sexta ſpecies palliate vſure eſt: cuꝫ palliat̄
tranſlatiōe facta a re ad reꝫ. Et fit cum aliquis
diues pecuniā nō vult accipe a paupe: ſꝫ labo/
rem. A ꝑſona ad ꝑſonam fit tranſlatio: quādo
amicū aliquē facit accōmodare. Sed ſuꝑ oia ē
malicia excellētior. ſ. q̄n accōmodauerat frumē
tuꝫ ſuꝑ certiſſimū dieꝫ quē obſ̄uare nō poſſꝫ ſi
h̄ret i granario frumētuꝫ: q̄ eſt magna iniq̄tas
vult. n. eſſe certus in die illo in quo certus eē
nō poteſt in ſeipſo. Acq̄ſitis igitur modis p̄di
ctiſ: d̄ illis nō dꝫ fieri elemoſina: qꝛ ad reſtituti
onē tenent̄. Et h̄ eſt qd̄ dic̄ Nolite theſauriza
re: ꝑꝑ ſollicitudinē vob̄ in t̄ra ꝑꝑ certitudineꝫ.
¶ Quīta ꝯ° eſt: ꝙ ſolū theſaurizandū eſt i ce
lo. Nam diuitie celeſtes ſunt durabiles. perpe
tue ꝛ ꝑfecte: ſatiant ꝛ quietant. ¶ Primo ſunt
durabiles ꝛ perpetue: qꝛ amitti nō poſſunt ꝑꝑ
p̄ſeruationē bonitatis diuine. vnde dr̄. Iuſto
ruꝫ aie ꝛc. Et ideo dicit. Ubi nec erugo ꝛc.
¶ Scd̄o ꝑfecte quietāt. Ratio eſt. Quia nul
lus appetitus pōt quietari ſimpl̄r donec ſit to/
taliter ſaciatus. Sed nullū bonuꝫ creatū total̄r
poteſt ſaciare noſtꝝ appetitū: qꝛ tantuꝫ pōt ap/
petere q̄ꝫtum cogitare: igitur cor noſtꝝ ſ̄ꝫ Au
gu. eſt inquietū ꝛc. Et ideo dr̄. Ubi. n. eſt the
ſaurus tuus ꝛc. ¶ Nota tn̄ ꝙ ad theſaurizati/
onem celeſtiuꝫ diuitiaꝝ tria diſponūt: vt innui
tur. pͦ. Thimo. 6. vbi dicitur. Precipe diuiti
bus non alta ſape: nec ſperare in incerto diui/
tiaꝝ: ſed in deo qui dat nobis abundanter oia
Per ea. n. que tibi dat: ꝑſuadet tibi de pecca/
to exire. vnde Aug. Nihil. n. tuū vis malum
habere: tn̄ in teipſo bonitatē non curas. Quid
te offendit vita tua: quā ſolaꝫ vis h̄re malam?
Inter oia bona que habes: prepone te rebus
tuis: ꝛ noli te illis habere uiliorē. Nunq̄d qd̄
plus diligis melius eſſe cupis? Cur ergo bo/
nā morteꝫ cupis: ꝛ de bona vita nō curas? qꝛ
morteꝫ pluſq̄ꝫ vitaꝫ deſideras. vnde ſ̄m ꝯſiliū
ſapientiſ. Eccli. 29. Pone theſauꝝ tuū in pre
ceptis altiſſimi. ꝛ erubeſcas de vita tua mala.
¶ Scd̄m ē vt ſit ſuſceptibilis diuitiaꝝ inſpira
tionū. vn̄ dic̄. Ut ſis diueſ in opibꝰ. Nūquid Auis
bruto inſcipientiō es? Nā auis cohibet ſe agra
no ſi laqueū cernat: ꝛ tu non potes te ꝯtinere a
cibo voluptatꝭ momētanee timore mortis eterne

Uis ſcire q̄r voluptas mors ē. Audi ſapientē Eccl'i. 30. Jocūditas cordis eſt vita hoīs: theſaur⁹ ſine fictiōe ſctitatis. Quid times? Jugū amoris ſuaue ē. Porta tu ex vna pte τ xp̄s portabit ex altera. vñ Aug. Erubeſcat nr̄a pigritia. Plus ille vltra parat⁹ ē dare q̄ȝ tu recipe: Jlle miſeri q̄ȝ vos a miſia eripi. Forte dicis. Propono bene agē: ſȝ volo pleni⁹ delibare. Sȝ noli claudere hoſtiū p dilationeȝ. ¶ Tertiū eſt: q̄ ſis pceptibilis diuine ipreſſiōis. Theſauriza tibi bonū q̄r d̄s pulſat ad hoſtiū gerens manus plenas grãꝝ. vñ apl's. p̄. cor. 4. Habemus inqt theſauꝝ iſtū in vaſis fictilib⁹. Expecta igit vt vaſculū corporis ↄfringat: τ theſaur⁹ effundat. Qr differs? Nunqd expectas te i poſteꝝ fortiorē? vl' deū potētiorē: τ hoſtem ſtultiorē: τ tēptationē minorē? Dū fortis es τ peccādi ↄſuetudie nōduȝ ligatus. Si nō poteris teipſuȝ vicere: qūo hec poteris pctis bone rat⁹? Et ſi nūc grãȝ dei recipe renuis: deū putas fore tibi ꝓpitioreȝ ex dilatiōe: nunqd hoſtē pitiſſimū i arte tēptādi ſupare putas. vñ Aug. Noli differre i deo viuere. ſȝ differ i d̄o mori. ¶ Sexta concluſio eſt q̄ ſicut diuerſe ſunt diuitie. ſ. tēporales et ſpirituales ſic ex eiſdē largiende ſunt diuerſe elemoſine. Nam ſunt quedam elemoſine corporales. ſ. ſeptem opa miſericordie. Sunt etiā ſeptem ſpirituales. ſ. docere ignoranteȝ: ↄſulere dubitantem: cōſolari triſtem: et corrigere peccantē: remitere offenſā et orare pro omnibus. Tales autem elemoſine pauperib⁹ τ indigentibus largite merētur nobis vitam eternā. Quam nobis ↄcedat ꝛc.

¶ Feria. 5. poſt diē cineꝝ. Sermo d̄ euā. 41

Um introiſſet ihs capharnaū. Mat. 8. ſm qd̄ dicit Gre. Oratio eſt aſcenſio mētis in deum a quo impetrare ſperamus id qd̄ deſideram⁹. vnde licet appetibile creatū aliqua delectatiōe nrm̄ deſiderium poſſit afficere: nō tn̄ ſatiare. Solū autē appetibile ↄtinens in ſe eminenter omnē ꝑfectionem ſimpliciter τ omnis boni rationeȝ poteſt noſtrū deſiderium adimplere. vnde iſte cēturio ↄtinēs ad ouē cēteſimā: quaȝ pius paſtor humeris reuocauit: vidēs h̄ ſūmuȝ appetibile ꝓp tēporis opportunitatē poſſe adipiſci a deo obſtaculo tēctus qd̄ ē pctm̄: nō ſegniter ꝓcraſtinādo. q̄r h̄ȝ Criſo. Petētis negligentia rephendit: cum de dantis mia nō dubitatur: mox ſaluatore appropiquāte ꝓ obſtaculi amotiōe acceſſit vt dicat. Cū āt itroiſſet ꝛc. vbi occurrūt nobis tres ↄſideratiōes. ¶ Pri⁹ ē de ſaluatoris nr̄i manſuetudine nos ꝑuenietis: ibi. Cū aūt itroiſſȝ ꝛc. ¶ 2ª ē de hoīs inualitudie ꝓ remedio ſupplicātis: ibi: Acceſſit ad eū. ¶ 3ª ē de remedij aptitudie nos ſalubriter curātis: ibi: Dixit ihs cēturiōi. Pª ↄſidera°.

p Rima ↄſider° ꝛc. circa quā ↄſideratione nō. q̄ capharnaū iterp̄tat ager piguedis: vel villa ↄſolatiōis. Jō ſigt in nāȝ humanā ſeu cor humanū piguedie grẽ vel doctrie ſeu v̄tutū ſaginādū. Poſtq̄ȝ ſaginationē d̄s ſpāliter delectat in ea. Pȝ q̄r non pōt ſpūale recipe icremētuȝ i pura nā. Jō d̄s grã ſua dignat ea ꝑuenire vt dicat. Cū āt itroiſſet ꝛc. Et iō occurrūt nobis q̄tuor ↄclōnes. ¶ Prima ↄclō ē: τ eſt doctria bti Anſelmi in lib. de ſilib⁹ dicētis. Qd̄ cor humanum ſilē ē molēdino ſp molēti. Qd̄ qdē dn̄s ſuo ſuo dedit: pcipiēs ei vt ſuā tm̄ annonā. ſ. frumētū: ordeū τ auenā in eo molat. Cui inimicat qdaȝ: q̄ ſi qn̄q̄ȝ illud vacuū inuenerit: aut arenā ibi ꝓijcit: q̄ illud diſſipat: aut picē q̄ ↄglutinat. vñ ſuus ille: ſi molēdinū bene cuſtodierit: mūda ex eo farina exierit: τ d̄no ſuo ſuit: τ victū ſibi acqrit. Si v̄o molēdinū iſt⁹ violauerit: mala ex eo farina ꝓcedit: q̄ d̄no diſplicet: τ ſibi victū negligit. Hoc molendinū eſt cor humanū qd̄ dedit d̄s vnicuiq̄ȝ vt i eo molat tantū illos cogitatus quos ipē ſuggerit: quos cogitat⁹ aliqñ vt frumētū aīa replicat: tūc. ſ. cū in ↄtēplatione poſita pure de eo cogitat. Aliqñ vt ordeū cū. ſ. de v̄tute i virtute: q̄ſi p quoſdā labores aſcēdere meditatur. Aliqñ vt auenā: τ hec cū hō intē dit ſua deſerere vitia. Nos itaq̄ȝ oēs d̄s vult vt corde molat: τ ex eiſdē ſibi victū eternū acq̄rat. Huic cordi diabolus iſidiat ipm̄ replens malis: quoꝝ aliud cor diſſipat vt ire τ iuidie. Aliud ↄglutinat vt luxurie. Si v̄o diabolus cor hoīs ſic corrūpe pmiſſus fuerit: mox vitia p ſēſus ꝑgrediūt iux̄ gn̄a cogitatiōuȝ malaꝝ q̄ d̄o diſplicēt τ p eas hō mortē acqrit. ¶ Scd̄a ↄ° ſeqtur ex iſto. ſ. q̄ iſte ager. ſ. cor humanum ē diligēter excolled⁹: vt dr̄. ꝓuer. 24. Diligēter exire agꝝ tuū. Et h̄ fit tripl'r. P°: euellendo. 2°. amouēdo ſpias mūdanaꝝ ſolicitudinū 3° faiēdo clauſuras p obſuatonē q̄nq̄ȝ ſenſuū

De c͞o de

Quia legitur prouer. 24°. Per agrum pigri tranſiui ꝛ vineam ſtulti: ꝛ ecce totum repleuerunt vrtice: opperuerũt faciem eius ſpine: ꝛ maceria lapidis deſtructa erat. Ratio primi ẽ Sicut videmus in turpi pictura que domum pulchram deturpat. Sic etiam pꝫ de peccato. Nam aīa que cecidit per peccatũ non poteſt reſiſtere ſuggeſtionibus inimici. Et ideo occurrunt fantaſmata turpia: ꝛ imaginationes turpium reꝝ ſenſibiliũ que imprimũtur. Et ideo ſicut deturpatur domus quando turpiter depingitur: ita aīa qñ per peccatũ maculatur. vñ Job. 7. Cor eoꝝ longe feciſti a diſciplina. Et ideo inducit prõptitudinẽ ad malũ. Gene. 8. Senſus ꝛ cogitatio humani cordis ꝓna ſunt ad malũ. Ratio ſecundi eſt. Quia nihil ipedit tm̃ diſpoſitionẽ ad grãꝫ: ſicut ſollicitudo mũdanoꝝ. Qđ pꝫ. Naꝫ ad diſpoſitionẽ requiritur ſtatus interioris diligẽs examinatio: ꝛ ſi eſſet aliqđ obſtaculũ amoueret̃. Et ideo opꝫ vt aīa diſperſa ꝑ ſenſibilia ꝛ extra ſe poſita recolligat̃ in ſeipſa: vt cernens obſtaculũ amoueat ipſum Per nulla aũt tm̃ diſꝑgitur ſicut ꝑ ſollicitudineꝫ exterioreꝫ. vnde Mat. 6. Ne ſolliciti ſitis aīe veſtre qđ manducetis ꝛc. vbi non ꝓhibet̃ vſus eoꝝ: que ad neceſſitatẽ requiruntur: ſed amor ꝛ ſollicitudo: Quia ſollicitudo đ tꝑalib⁹ reuocat a ſollicitudine eternoꝝ. vnde ad phil. Nihil ſolliciti ſitis ꝛc. vñ diuitie ſpine dicũtur qꝛ ſuffocant boni ꝓpoſiti inſpirationẽ. Quaꝫ diu iſtis ſollicitudinibus animus occupatur: nõ habebit ꝯtẽptuꝫ mundi nec eternoꝝ amorẽ Ratio tertij eſt: qꝛ oīs tẽptatio oritur ab inordinatis ꝑceptiõibus ſenſuum vt pꝫ Dañ. 13. vbi dicit̃ ꝙ ꝑ̄ſbyteri impudici videtes ſuſannã exarſerunt in ꝯcupiſcentiaꝫ eius. Et ideo cum ſenſus noſtri ſint q̄ſi feneſtre aīe ꝑ quos mors peccati intrat. Quãto. n. frequentiuſ ꝑcipis ea que mũdi ſunt: tãto affectus tu⁹ ad ea ꝯcupiſcẽda magis inardeſcit. vnde Greg. Non lꝫ intueri: qđ nõ lꝫ ꝯcupiſci. Et ideo diligenter ſenſuuꝫ cuſtodia eſt adhibenda. vnde ꝓuerb. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ex ipſo vita procedit.

Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ ſi iſte ager. ſ. cor hoīs ſic fuerit excultuſ: tunc xp̄s ipꝫ intrabit ꝑ grãꝫ: virtutibus adornãdo: ꝛ in eo delectando: qꝛ iterpretatur ager pinguedinis: ꝛ villa ꝯſolationis.

¶ Primo introibit ꝑ gratiaꝫ ipſuꝫ virtutibuſ adornãdo. Nã gratia gratũ faciens in ordine ad acceptationẽ diuinaꝫ: eſt quedaꝫ integritas ꝛ decor omnium virtutũ. Sicut eniꝫ pulchritudo faciei non eſt vna qualitas: ſed eſt quedam integritas exurgens ex multis. ſ. colore ꝛ figura: ꝛ magnitudine: ꝛ ꝓportione. Ita grã que eſt aīe decor: eſt integritas exurgens ex oībus virtutibus. Ratio ẽ: qꝛ nullus eſt deo accept⁹ ꝛ gratioſus: niſi ſit prõptus ad ſingula bonoꝝ opeꝝ virtuoſoꝝ. Talẽ autem ꝓmptitudinem hꝫ homo ꝑ oẽs virtutes qbus exitur in actus virtuoſos: quas. ſ. virtutes gratia cauſat ĩ aīa Ratio eſt: qꝛ gratia cum ſit radix meriti a deo cõfertur: ſic vt poſſẽt oīa meritoria ſingula ab hoīe perfici. Hoc autem fit per virtutes. Jđ deus intrando ꝑ gratiaꝫ: cauſat virtutes ĩ aīa quibus ipſa impinguatur: vt poſſet perficere opa meritoria. Et ideo dicitur ager pinguedinis. Huius pinguedine. ſ. virtutũ ꝛ gratie pingueſcunt ſpecioſa deſerti. Deſertũ eſt cor bene excultuꝫ: ornatum virtutibus precioſis: gratia dei ſuperueniente. ¶ Secundo igit̃ villa cõſolatiõis: qꝛ deus delectatur inhabitando cor: ſic ſpiritualiter impinguatuꝫ. Sicut. n. videmus ex ſimili. Homo delectatur ꝯtemplando ſuam pulchritudinem in ſpeculo. Sic de⁹ delectatur ꝯtemplando ꝓpriã pulchritudinem in aīa ſanctoꝝ per imaginem aīe impꝛ̄ſſam: ſicut in ſpeculo mundo ꝛ terſo ab oībus ſordib⁹ vitioꝝ. vnde prouer. Delicie mee eſſe cuꝫ filijs hominuꝫ. vnde celum ꝛ alia loca đo dicata: lꝫ dicant̃ loca dei: tñ magis ꝓprie aīa dr̃ locus dei ex ſpãli ꝯplacentia diuine inhabitationis.

¶ Quarta cõcl'o eſt: ꝙ iſta dei intratio in cor humanũ ſic impinguatũ ẽ homini maxime fructuoſa. Ratio eſt. Quia nõ inhabitat aīaꝫ ſine donis ꝛ virtutibus. Eſt. n. hoſpes aīe: q nullius indiget bono: ſi aīaꝫ replet oībus bonis. Ex quo accipitur documentũ: ꝙ quantũ eſt ex parte dei: deus ſemꝑ paratus eſt ꝯferre ſua dona: qꝛ ſtat ad hoſtiũ ꝛ pulſat: vt ſibi affectus apiatur: ꝛ intromittatur ad ꝯuiuãdũ ſpiritualiter ꝑ donoꝝ ſuoꝝ coīcationem: licꝫ aliqui ponunt obſtaculũ hoſtioꝝ cordis claudẽdo. De quib⁹ dr̃ Job. Ipſi fuerũt rebelles. i. diuine gratie.

Secunda conſideratio.

ſ Ecunda ꝯſideratio: circa quã eſt inueſtigandũ de hoīs valitudine ꝑ remedio ſupplicante. ¶ Nota ꝙ ꝑ centurionẽ poteſt accipi ſpiritus rationalis: illoꝝ qui ſꝫm ſimplicitatẽ intellectus ambulãt. Habentes cognitionẽ eternoꝝ: quantum permittit infirmitas carnis. Puer eius qui male ve

xatur: ſenſualitatē deſignat. Iſte ſpirit⁹ ratio
nalis. ſ. interior homo eſt ſub poteſtate dei cō
ſtitutus vel gratie. Habēs ſub ſe milites: inte
riores aīe vires ꝛ motus: ꝛ etiā naturales vir
tutes que p̄ milites intelligi poſſunt. Quia oī
bus hijs ꝯtra vitia pugnatur. Sēſualitas eiꝫ
dꝫ ſeruire rationi. ſed in plurimis infirma eſt.
Et iacet in domo. i. in carne: Jacere dicitur q̄ꝛ
nō ſufficit ſurgere ad bona opa. Paraliticus
dicitur: q̄ꝛ paraliſis eſt morbus diſſolutionis
membroꝝ. Et male torquetur: q̄ꝛ diuerſis cō
cupiſcentiarū motibus vexatur. Pro iſto ſer
uo ſollicitus eſt ſpiritus rationalis. Et rogat.
vnde exauditus eſt. Ideo xp̄s dixit. Ueniam
ſcilicet p̄ gratiam preuenientē: ꝛ curabo p̄ gra
tiam gratum facientē. ¶ Prima nanq̄ grā
eſt primus morbus bone voluntatis: quo de⁹
nos preuenit: vt de ꝯgruo nos diſponam⁹ ad
gratiam gratūfacientem: que nos facit gratos
ꝛ deo acceptos. vnde reſpondit cēturio. Do
mine non ſum dignus. ſ. propter tuam reue
rentiā ꝛ meam inſufficiētiā: vt intres ſub te
cto meo. ſ. mei peccatoris: qui ſum ſubiectus
pene ꝛ culpe. q. d. Et ſi intraſti ſub tecto virgi
nis: vbi habens hoſpitium tāto regi ꝯgruum
non eſt caro mea ſicut caro matris tue. Sꝫ tm̄
dic verbo quo feciſti omnia: quo ſanas omnia
Pſalmi. Miſit verbū ſuum ꝛ ſanauit eum.
Circa hāc ſniā moral'r occurūt. 8. documēta.
¶ Primū eſt: q̄ deus veniens p̄ gratiam hꝫ
illuminare ſpiritum rationalem: q̄ꝛ p̄ centuri
onem intelligitur. vnde grā que eſt in volūtate
ꝓprie nō hꝫ illuminare: ſed ipatiue p̄cipiēdo
actus illuminoſos fidei firme ſcie ſaporem.
¶ Scōm eſt: q̄ ſpiritus rationalis duo dicit.
vnum. ſ. dictans ꝛ iudicans: vel ratio que hꝫ
iudicare ꝛ ſententiare. vnde Aug. Hominis
actus eſt ïueſtigare: diſcernere ꝛ retinere. Ali
ud eſt vt eligens: que. ſ. electio ſe tenet ex par
te voluntatis. vnde ſpiritus dicitur voluntas
que nos ſpirituales facit ꝛ dei filios. Phil. 8.
Qui ſpiritu dei aguntur: hij filij dei ſunt. Ta
lis enim ſpiritus ad imaginem dei factus eſt:
cum in eo ſit cognitio veritatis ꝛ amor virtu
tis. ¶ De primo nota. Qꝫ quia vnus ſenſus
particularis nō apprehendit qḋ alius: ideo ne
ceſſaria eſt alia potentia: valēs diſcernere vnū
ſenſibile ab alio: quod non poteſt facere ſenſus
particularis. Eodē mō neceſſaria potētia que
dam preter ſenſū ꝛ intellectum ꝯferens ſenſi
bile cū intelligibili. Intellectus enim nō ap
prehēdit ſenſibile: nec ſenſus intelligibile. hec
autem potentia eſt ratio que iudicat de vtroq̄.
¶ De ſcḋo nota. q̄ voluntas rationalis du
pliciter poteſt ꝯſiderari. Unomodo vt eſt po
tentia vna diſtincta. habens actum verum. ſ.
velle. Et obiectum. ſ. bonum ſimplr̄. Hec vo
luntas eſt in ratione. Aliomodo ꝯſideratur vt
imperatiua aliaꝝ potentiarum ſubiectarum ra
tioni: ꝛ ſic voluntas circuit omnes vires obe
dientes imperio rationis. vnde iſte cēturio ſꝫ
glo. erat preditus nālibus bonis. ſ. quantum
ad intellectum: videtur habuiſſe cognitionem
creatoris ꝛ omnipotentie eius cum dixit. Dn̄e
non ſum dignus: quantum ad affectum: quia
habuit iuſtitiam in bona habitudine ad ſuos ſu
periores ꝛ inferiores dicēs. Nā ꝛ ego hō ſū.
¶ Tertium documentū eſt: q̄ lꝫ ſpiritus ratio
nalis in prima ſui creatione ſit liber: ꝛ nō poſ
ſit cogi quin pro ſuo libito iuſtitiā relinquere
poſſit vel etiam ſequi: q̄ꝛ nulli niſi ſoli deo ſubie
ctus erat. Omnia. n. creata aliquam ꝯditionē
ſubiectiōis habent. Nā elementa ſubiecta ſūt
ſideribus: ꝛ arbuſta aīalibus: ꝛ animalia ho
minibus: ꝛ angeli. iuxta illud hebre. Omnes
ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Corpora etiam
noſtra ſubijciuntur aīabus ſuis. Intellectus
vero primis veritatibus: voluntas autem nul
li rei create ſubijcitur: ꝛ ita hꝫ priuilegium lib
tatis niſi ſoli deo. Et licet ſic non poſſit cogi: ē
tamen conſtituta ſub poteſtate diuine volunta
tis: que poteſt eam manuducere: oſtēſione ve
ritatis: vt patꝫ in Paulo qui proſtratus dixit.
Dn̄e quid me vis facere? Quod etiā pꝫ. quia
derelicta in ſua nālitatis libertate non ſufficit
ad merendum: Quia ad meritum concurrūt
multe cauſe ſupernaturales. Ut voluntas di
uina: Que primo mouet actum beatificum lu
mine glorie ex parte itellectus: ꝛ caritatis affe
ctus. vnde dicitur Sapi. 10. Juſtum deduxit
dn̄s per vias rectas ꝛ oſtendit illi ꝛc.
¶ Quartum documentū eſt: q̄ iſte ſpiritus ra
tionalis hꝫ milites. ſ. virtutes nāles ꝛ interi
oris aīe vires: ad impugnandum vitia. Ubi
nota: qualiter virtutes inſint nobis a natura:
Dicendum q̄ virtutes theologice: totaliter no
bis inſunt ab extrinſeco: ſed virtutes morales
partim inſunt nobis ab extrinſeco: ꝛ partī ab
intrinſeco. Ab intrinſeco ſcḋm quandam in
choationem. Jn ratione. n. hōis naturaliter ī
ſunt quedam p̄ncipia naturaliter cognitiua: tā
ſcibilium q̄ꝫ agēdoꝝ: que ſunt quedā ſemialia

intellectualium virtutum: ⁊ moralium. Et in-
quantum in volūtate eſt quidam naturalis ap
petitus: qui eſt rationi cōformis. Item ex cor-
poris diſpoſitione. Aliq ſunt diſpoſiti ⁊ meliꝰ
⁊ peius: ad quaſdā virtutes ꝑut. ſ. quedaʒ vi-
res ſenſitiue: actus quarūdam partiū corporis
ex quaꝝ diſpoſitiōe adiuuantur vel impediunt
huiuſmodi vires in ſuis actibus: ⁊ ꝑ ꝯñs vi-
res rōnales: qbus huiuſmodi vires ſenſitiue
deſuiunt. Et ſʒ h̄ vnus hō hʒ nālez aptitudi-
neʒ ad ſciaʒ: alius ad fortitudineʒ: alius ad tē-
perantiaʒ. Et iſto modo tā virtutes itellectua-
les q̄ʒ morales: iſunt nobis ſʒ aptitudinē ⁊ in
choationē. Nō aūt inſunt nobis a nā ſm ꝯſu-
mationē: qꝛ nā determiat ad vnū. Cōſumatio
aūt huiuſmodi virtutū: nō eſt ſʒ vnuʒ moduʒ
actionis ſed diuerſimode: ſʒ diuerſas nās in q
bus virtutes opantur: ⁊ ſm diuerſas circun-
ſtantias. Talibus. n. militibus vitia ipugnan
tur: ꝯtra nos militātia ſemper. Quia Job. 5.
Militia eſt vita hoīs ſup terrā. vnde ad taleʒ
ipugnationē hortamur. Prima Pe. 2°. Ob
ſecro vos tanq̄ʒ aduenas ⁊ pegrinos abſtiere
a carnalibꝰ ꝺſiderijs: q̄ militāt aduerſus aiaʒ.
¶ Quintū documentū eſt: ꝙ iſte paraliticus
ſigt petōrem. Nā ſicut videmus in corpore na
turali: ꝙ ſpūs vitalis vegetat membra corpo-
ris ſui inuicē cōiuncta: ex quo ſpiritu habetur
motus ⁊ ſenſus. Sʒ cū paraliſi: que eſt morbꝰ
diſſolutiōis mēbroꝝ: meatus ſpūs includitur
ꝯpago ſoluit: qꝛ a ſpū nō vegetatur: q̄ſi eſſet p̄
ciſuʒ: ⁊ amittit: motū ⁊ ſenſuʒ: ⁊ ſic fit membꝝ
inutile. Sic fit i aīa cuius eſt vía ſpūs ſanctus:
ſiue ſpūali gratia: ⁊ ipſa ē quoddaʒ totum reſpe
ctu ſuaꝝ viriū ⁊ q̄ſi quoddā mēbꝝ myſticuʒ. ſ.
eccl'ie. Cū aūt qs mortal'r peccat ꝑ corruptionē
peccati diſſoluit ꝯpago viriuʒ: qꝛ qd̄ ꝯcupiſcen
tia amat: ratio nō approbat: ⁊ eꝯ°. Et ita omne
regnū in ſe diuiſuʒ deſolabit. Matt. 12. Et ſic
amittit aīa motū ⁊ ſenſuʒ. Motuʒ q̄ʒtuʒ ad bo
nas opationes. Sēſuʒ quantū ad ꝓpria vulne
ra: vel etiā aliena que nō ſentit. Quia talis nō
ambulat ꝑficiendo ꝑ bona opa nec attendit mi
ſeriaʒ fratris ſui. de qua tanq̄ʒ de ꝓprijs mulie
ribus deberet dolere. Unde cum ſimus vnici
corporis myſtici: Ille ſe paraliticū ꝓbat: q coꝝ
q ſunt membra ſua non ſentit: ſʒ illud cor. 2°.
In idipſum ſollicitū ſunt mēbra. Etiā ſi qd pa
titur vnuʒ membꝝ patiūtur oīa. Uos aūt cor-
pus xp̄i eſtis: ⁊ mēbra de mēbris. Nec ēt ſen-
tit miſeriā ꝓpriaʒ. Nā humilitas eſt ſenſus ꝓ
prij defectus: ecōuerſo ſupbia eſt inſenſibilitas
peccati ſi nō humiliat ſe. Si. n. vere ſciret mi-
ſer peccator ſuos defectus nunq̄ʒ ſupbiret. vñ
Michee. 6. Humiliatio tua in medio tui. Ex
quo ēt ſeqtur de motu: qꝛ q non hʒ ſenſuʒ iſir-
mitatis aliene nō mouet ad opa pietatis. vnde
dicitur. Prima Johis. 2°. Qui viderit fratrē
ſuum neceſſitatem habere ⁊ clauſerit ſua ab eo
quomodo caritas eſt in illo?
¶ Sextū documentū eſt: ꝙ iſte paraliticus ia
cet in domo: ⁊ hoc ꝑꝑ quatuor. ¶ Primo ꝑꝑ
ꝯtriſtationē: qꝛ delectatio q̄ tēptationi eſt annē
xa vertitur in triſtitiam ꝯſiderato petō. Pro-
uerb. 10. Riſus dolori miſcebit. ¶ Scōʒ eſt
ꝯſternatio. Quia ſicut homo qui eſt victus eſt
animo ꝯſternatus: vt nō audeat reuelare: ita
ſupatus a temptatione ⁊ adeo fractus: vt non
audeat reſiſtere. ¶ Tertium eſt debilitatio: qꝛ
homo ꝯſternatus debilitatur. Qd̄ non poſſit
ſtare: qꝛ plage ſemp renouate debilitant: ⁊ pu-
treſcūt. Pſal. Putruerunt ⁊ corrupte ſunt ci
catrices mee ⁊c. ¶ Quartū eſt deſperatio: qꝛ
ex quo ſcit: eſt debilitatus deſpat ſe bonum poſ
ſe ꝑficere. Et tunc ꝯuertit ſe ad mala perpetrā-
da libere. Cuʒ aīa ocioſa nō poſſit eſſe. Sicut
filij iſrael poſtq̄ʒ tēptatione victi ſunt: ſemp ca-
dendo ꝑ deſertum ꝓceſſerunt. Exo. 16. Et ex
hijs quatuor modis ꝓſtratus peccator proprie
dicitur in loco iacere.
¶ Septimū documentū eſt: ꝙ iſte paraliticus
ſic iacens in loco dupl'r torquet. Ante caſum ꝑ
tēptationeʒ quadrupl'r. Scdm ꝙ aīe erñs q̄ſi
caſtꝝ forte: circūuallatum eſt q̄druplici muro.
¶ Primo muro ſenſuū exterioꝝ: qbus aptis
intrat mors ad aiaʒ: ſicut ꝑ feneſtraʒ. Jhere. 9.
¶ Scdo muro imaginationū iterioꝝ ꝑ q̄ ſen-
ſibilia intrant ad aiam: vt docet Augu. xj. de
ciuitate dei. ¶ Tertio muro intelligibiliuʒ ra-
tionū. Quibus mediantibus ad affectū aſcen-
ditur. ¶ Quarto muro affectionū voluntariū
quibus regnum aīe vtiliter clauditur: vt docet
Anſel. de ꝯceptiōe virginali. Et ſm iſta pro-
greſſus primus eſt ad ſenſus exteriores: ꝑ ap-
prehenſionē bonoꝝ ſenſibiliū. Secundus ad
ſenſus interiores ꝑ imaginatiōes delectabiliū
Tertius ad intellectiōes rōnales ꝑ obūbratio-
neʒ bonoꝝ ſpūalis. Quartus ad volitiōes effe
ctuales ꝑ inclinationē ꝯſenſuum. Iſtuʒ ꝓceſ-
ſum deſcribit beatus Jacobus di. Jacob. ꝓ.
Cōcupiſcentia cū ꝯceperit. ſ. ꝑ apprehenſionē
ſenſuum: parit petm̄. ſ. ꝺlectationē in appetitu

ſenſitiuo: qui eſt fomes peccati. Peccatum au
tem cū ꝯſumatū fuerit. ſ. in ꝯuerſiōe rōnis: ge
nerat mortē in volūtate. q2 in iſta ſolum ē pec
catū mortale. Queadmodū caſtrū nō eſt debi/
litatū: donec interior mur⁹ eſt capt⁹. ¶ Secū
do torquet᷑ poſt caſū q̄druplr. ¶ Primo pe/
na doloris: q2 nāliter voluntas odit malū: ⁊ ad
odiū ſeq̄tur triſtitia que eſt dolor mentis ſm
Aug. ¶ Scḋo torquetur pena timoris: q2 cul
pe debetur pena: ⁊ ideo peccās ſemꝑ dum pec
cat eſt in timore pene ſibi debite. ¶ Tertio tor
quet᷑ pena ruboris: q2 nāliter natura humana
erubeſcit: cuius eſt ſignū: q2 peccans vult late
re nāliter: ⁊ occultare ſuū peccatū. ¶ Quar/
to patitur penā liuoris. Quidā. n. liuor relin
quitur ex actu peccati in ꝯſciētia: vt ex eius re/
cordatiōe ſemꝑ affligatur: ꝓꝑ odiū mali ꝑritis.
Sed oritur dubitatio: q2 cōiter hoīes nō pec/
cant niſi ex delectatione quā h3 pctōr: ſic ꝙ nō
videtur ſibi eſſe pena. Dicit᷑ ꝙ l3 in actu pecca
ti ſit ꝯplacentia ⁊ raptim trāſiens delectatio: tn̄
admixta eſt cū triſtitia aīe ante peccatū: ⁊ poſt
eſt aſſidua pena ſm premiſſa. ¶ Scḋa dubi/
tatio: quare iſtam penā cōiter hoīes nō ſentiūt
q̄uis eā argumētentur. Dicitur aūt ꝙ i egri
tudinibus frenetici nō ſentiūt penā pre magni
tudine egritudis nālis: ita i ꝓpoſito eſt de egri
tudine morali in hominibus beſtialibus: non
ſentiunt affectiones intellectiuas.

¶ Octauū documentū eſt: ꝙ ſicut ſpūs rōna/
lis intelligēs hāc infirmitatē a dn̄o poſſe cura
ri: acceſſit ad eū allegans eius potentiā inſinu
ans infirmi indigentiā: eius clemētiā inuo/
cauit: ⁊ exauditus eſt. Acceſſit ad eum q2 no/
uit eius miſericordiā quā deſiderauit. Allega/
uit potentiam: q2 ſciuit eius iuſtitiā: quā for/
midauit. Ratio. n. huius eē poteſt: q2 ds̄ in oī
tpe ſuo eſt ſūme miſericors ⁊ iuſtus: q2 miſericorſ
Ideo liberaliſſime ꝯdeſcēdit humane miſerie
per infuſionē ſue gratie. Quia vero iuſtus: iō
donū ꝑfectū nō dat: niſi deſideranti. Non dat
grām: niſi regratiāti. Nō īpedit miām niſi ipſā
recognoſcēti. Iſte ḡ nouit eius miā: q2 acceſ/
ſit ad eū: nouit iuſtitiā q2 formidauit eū admit/
tere i domū propter idolorū ꝑritiā ſm Rabba.
di. Dn̄e nō ſū dign⁹ ⁊c. Inſinuauit indigētiā
q2 puer iacebat. ⁊ ideo meruit exaudiri.

Tertia ꝯſideratio.

Sequitur tertia ꝯſideratio: q̄ eſt de re/
medij aptitudine ſalubriter nos curā
tis cū dicitur. Dixit ieſus cēturioni.
Ego veniā ⁊c. Ubi occurrūt. 4. documenta.

¶ Primū eſt: ꝙ ds̄ ꝑ ſcripturā ⁊ dinām īſpira
tionē hortat᷑ quēlibet pctōrē: vt pniam agat de
peccatis. vnde pª Thim. 3. Oīs ſcriptura di/
uinit⁹ inſpirata. ſ. ꝑ ſpūm ſctm̄: vtilis ē ad docē
dū neſciētes: ad arguendū ⁊ ꝯuertēdū de ma
lo negligētes: ad corripiendum in malo perſi/
ſtentes: ⁊ ad erudiendum. ſ. penitentes. Et h̄
eſt qḋ dixit. Dixit ieſus centurioni.

¶ Scḋm documentū eſt: ꝙ ds̄ in oī tpe para
tus eſt nos eruere a malis. Rō eſt: q2 agens
volēs alicui finē ordiato in finē: non ſolū vult
illa q̄ ordināt i finē: ſ3 ēt parat⁹ eſt deſtruē oīa
deordināntia a fine. Sed ds̄ ē tale agēs: ꝙ vult
hoī vltimū finē. ſ. btitudinē: igit᷑ nō ſolū ꝯfert
grām ⁊ ꝟtutes q̄ ordināt in btitudinē: verū etiā
parat⁹ eſt ds̄ deſtruere in hoīe oē malū: auer/
tens ſe a tali fine. Et q2 hec ſpūalis paliſis erat
īpediens eū. Iō recurrēdū ē oībus in tribula
tione poſitis per confidentiam plenariā ad au
xilium diuinū. vnde dicitur eccl̄i. 4. Curauit
gentem ſuam ⁊ liberauit a perditione.

¶ Tertiū documētum ē vita ſpūalis maxime
reſtaurat᷑ ꝑ fidē. vn̄. d. Uade ⁊ ſicut credidiſti
⁊c. Rō eſt. Nā ꝑ fidē hitat ds̄ in cordib⁹ nrīſ
Que vita ē: vt ipſe ait. Et ſicut vnūquodq3 vi
tiū eſt mors ſpūalis: ſic vnaqueq3 ꝟtus vita ē.
Fides ē vita itellect⁹. Rom. 1. Iuſt⁹ ex fide vi
uit. Qḋ āt ꝑ fidē iſte meruit ſanitatē. Rō eſt
Quia oīs act⁹ human⁹ volūtati ſubiect⁹ in de
um regulat⁹ eſt meritori⁹. S3 credere ē actus
itellectus aſſentiētis ꝟitati dine ⁊ īperio volū/
tatis a deo mote ꝑ grām i ordie ad deū. vn̄ act⁹
fidei pōt eē meritori⁹. Qḋ p3 ad hebr. xj. Sā/
cti per fidem vicerunt regna ⁊c.

¶ Quartū docuᵐ ē: ꝙ nō intelligit᷑ verbū ſal
uatoris. Nō inueni tantā fidē in iſrl̄. Ubi vi/
det᷑ ꝙ fidē hui⁹ xp̄s velit ꝑferre fidei aplōrū
Et iō ad h̄ dicūt aliq ꝙ intelligit᷑ myſtice. Nō
enī fides cēturiōis ꝑfert᷑ fidei iſraelis: ſ3 pot⁹
fides gētiū: q per centurionē deſignat᷑: quorū
ēt ꝯuerſionē ꝑdicit dicēs. Multi ab oriēte ⁊c.
Nō in ꝑfectiōe credēdi: ſ3 i credētiū numero
ſitate. Plures. n. crediderūt d̄ gētib⁹ q̄ȝ de iu
deis. Et iō dr̄. Qḋ fides dr̄ magna multiplr.
Pº q̄ ad cognitionē credētis. 2º q̄ ad duoti/
onē feruidā i fide. 3º quo ad ꝯfeſſionē laudis
xp̄i: vt i cēturiōe. vn̄ Criſ. d. Fides ē ſctiſſime
religiōis fundamētū: ꝑ quā religam⁹ vni deo
aīas nr̄as: ad cultū diuinū vinculo ſuiēdi q̄ vi
culo nos aſtringere dignatur. Qui viuit ⁊c.

¶ Feria ſexta poſt diem cinerũ. Sermo. 42.

Audiſtis quia dictuʒ eſt antiqs. Diliges amicũ tuũ ⁊c. Matth. 5.

a Cum in hoc tp̃e reconciliatiõis qlibet dʒ ſe exercere in actibus virtuoſis. ſ. in ieiunio: orõne: ⁊ elemoſina. Nullus autẽ actus ỹtutis ſine caritate de ſe eſt meritorius ſʒ Auguſti. 15. de tri. di. Nã omnia dona ſine caritate ad deũ nõ pducunt. Et caritas etiã ſi ſola eſſet: nos ad deum pduceret ſine alijs: imo eſt domus oĩa alia perficiens: qꝛ ſine caritate poſſunt eſſe: ſed non ꝓdeſſe. Quare ꝓponiť nob caritas: ⁊ q̃ꝫ neceſſaria ſit ad ſalutem. Sed qꝛ vltima pfectio caritatis ꝯſiſtit in inimicoꝝ dilectione: iuxta illd̃ Chry. Nulla pfecta dilectionis operatio vltra dilectionem inimicoꝝ põt ꝓcedere. Ita euangeliſta nos hortatur ad eã di. Audiſtis ⁊c. vbi occurrũt due ꝯſideratões

Prima ꝯſideratio.

c Irca pmam ꝯſiderationem: que eſt de caritate qualiter exhibenda eſt in affectu: pono ſex concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ iſta ẽ opinio iudeoꝝ: ꝙ inimicos ſaltem alterius legis hõ non tenetur diligere: ſicut narrat Ariſto. in de ſecretis. Dum. n. paganus ⁊ iudeus ꝯfabulareñť: dic̃ paganus. Que eſt lex tua? Reſpõdit iudeus. Credo ꝙ in celo eſt vnus deus: quem adoro ⁊ expecto ab eo bonum aĩe mee: ⁊ illis q ꝯuerſantur mecum in lege mea: ⁊ in fide: ⁊ credulitas mea eſt. Nã q diſcrepat in fide mecuʒ: licitum eſt mihi tollere ſanguinem ſuum: pecuniam: vxorem: parentes: ⁊ genitos: ⁊ oĩa: ⁊ maledictio eſt mihi: ſi ſeruo ei fidẽ: ſi iuuo ipʒ ſi facio cum ipſo mĩam: vel parco ei. Sed hec opinio eſt cõtra legem rationis. Reſpõdit paganus. Mea hec eſt. In primis ꝙ volo mihi bonum: filijs: ⁊ ſeruis meis: ⁊ nolo alicui tradere malum: neqꝫ ſequentibus legem meam neqꝫ diſcrepantibus mecum in eadem. Credo eqtatem ⁊ mĩam ſeruandã cuilibet viuẽti. Nulla iniuria placet mihi: ⁊ videtur mihi ſi aliquod malum accidit alicui viuentiuʒ: ꝙ mihi illud malum ꝯtingat: ⁊ mihi: ⁊ cuiľʒ affecto ſanitatem: per ꝓſperitatem ⁊ felicitateʒ accidere oĩbus vniuerſalr̃ hoĩbus. vnde iſtud qđ dicit Et odio hẽbis inimicum: non fuit in lege ſcriptum: ſed eſt ſcribaꝝ traditio. Arguebãt eniʒ ex ꝯtrario ſenſu. Ex quo pceptum erat diligere amicum. Nã quaſi ex hoc ſequereť: ꝙ deberent odire inimicum: ſine qualibet diſtinctione. Hoc hr̃e etiam poterant ex illo Exo. 22. Inimicus ero inimicis tuis.

¶ Scđa ꝯclo eſt: ꝙ de neceſſitate ſalutis eſt diligere inimicum. Ego aũt dico vobis diligite inimicos veſtros. vbi nota ꝙ inimicus accipitur dupl̃r. Uno mõ negatiue: quaſi nõ amicus. Et ſm hoc negat ſolam habitudinẽ amicitie: ⁊ nihil plus. Alio mõ poſitiue: ⁊ ſic nõ ſolum negat habitudineʒ: ſed etiã ponit odium.

¶ Item ſcđo mõ dupliciter ſumiť. Uno modo ꝓprie ⁊ p ſe. ſ. ꝓ odio. Alio mõ improprie ⁊ p accñs. ſ. ꝓ nã ſubtracta iſtis. ¶ Item diligere accipitur dupl̃r. Uno mõ poſitiue. Et ſic dicit actum elicitum dilectõis. Alio mõ negatiue: vt ꝓ nõ odire. Tunc dico: ꝙ accipiendo inimicum ꝓprie. ſ. pro illo: q hʒ habitũ inimicitie. Et accipiendo ipm̃ diligere poſitiue pro actu elicito. Sic ex pcepto hõ non teneť diligere inimicum: ſed magis odire. ¶ Ratio eſt: qꝛ amicitia eſt virtus. Igiť eius oppoſituʒ eſt vitium. Sed intellectus vt ſic dicit odium. Sed accipiendo inimicuʒ negatiue ſiue ꝓ nõ amico: ⁊ accipiendo diligere ꝓ non odire: tũc hõ tenetur eum diligere: hoc eſt non odire. Et hoc in bonis ſpiritualibus. ſ. in virtutibꝰ: in gratia: ⁊ in gl̃ia. Probo: qꝛ ſi hoc non faceret: homo non eſſet in caritate: qꝛ qui eſt in caritate: non ſolum vult diligere: ſed etiam vult ſecum diligere deum.

¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ affectiue teneť hõ diligere inimicum etiã alterius legis. ¶ Ratio eſt: qꝛ caritas eſt ỹtus: quo dś diligiť: ⁊ quo volo aliũ diligere deuʒ. Et iđ affectu caritatis teneť hõ velle oẽm hoiem diligere deum: ⁊ ad ipm̃ attingere affectu ꝯpaſſionis. Teneť ẽt ipʒ diligere ſaltẽ in gnãli: qñ cognoſcit hoĩeʒ eẽ in ſtatu damnatõis. ¶ Ratio eſt: qꝛ ſicut teneť velle oẽs hoĩes deum dilige ⁊ ad ipm̃ attingere. Sic etiam tenetur nolle aliquem deum odire: nec ad deum finaliter attingere. vnde velle inimicum damnari peccatũ eſt ex genere. Et quãdo fit cũ deliberatione melius firma: tunc eſſet pctũʒ mortale. Sʒ videť ꝙ aliquis poſſit odire vitã inimici: tũc qꝛ iudex poſſʒ licite ſentẽtiare ad mortẽ de inimico peccante: tũ qꝛ actor poteſt licite eũ iudicare etiaʒ ad mortẽ: tũ qꝛ bonũ cõmune pferť bono ꝓuato. Diciť ꝙ quis po-

·eſt inimicū velle mori ſub duplici ꝯditione .ſ.
ſi ſciret eum obſtinatū in malitia : et ꝙ peccatū
deberet addere peccato: nō tamen abſoluere: ſ3
et iudex nō d3 velle mortē iſtius: ſed velle de-
bet: ꝙ nō eſſet reus: ſed de perſecutore eccl'e ſe
cus eſt: q2 eccl'a ſub perſecutione ꝓfecit.
¶ Quarta ꝯcl'o eſt: ꝙ quiſ affectiue tenet' in ge
nerali inimicū diligere nō excludēdo eū ab orō
nibus: ſed in ſpirituali non tenet' niſi in caſu ne
ceſſitatis: in quo .ſ. illi non poſſet per aliu3 ſub
ueniri. Unde ſaluator. Si eſurierit inimicus
tuus ciba illū. vnde doctor vnus. d. Si inimi
cus poſitus fuerit in neceſſitate vite: ꝙ nō ſolū
debet eū velle viuere: ſed etiā iuuare vt poſſit
viuere. Quantūcunq3 etiam malus fuerit: q2
ſemꝑ preſumendum eſt de meliori: q2 bonarū
mentium oīa ſemꝑ in melius interꝑtari. Sūt
enim tria motiua dilectōis inimicoꝝ. ¶ Pri
mum eſt nāe ꝯformitas. Eſay. 28. Carnē tu-
am ne deſpexeris. ¶ Secōm eſt vtilitas. Cri
ſo. Si benefeceris inimico: tibi amplius be
ne feciſti. ¶ Tertiu3 eſt diuina imitatio. Jhe
ronymus. Noli negare qd' deus nulli negat.
In generali tenetur qs oēs diligere ſemꝑ. vn̄
Augꝰ. Omnibus .n. pari dilectōe vita eterna
optanda eſt: ⁊ ſi nō oībus pōt exhiberi dilecti-
onis effectus: qui fratribus ſunt exhibendi: q2
ſunt inuicem mēbra: que habent eundē patre3
vnde oēs ſimul in affectu ſunt diligendi: ſ3 nō
in effectu: q2 hec paritas nō ad effectum refert'
ſed ad bonum: qd' eis optatur: niſi in articulo
neceſſitatis: prout dictum eſt in euāgelio. Be
nefacite hijs qui oderunt vos.
¶ Quinta ꝯcl'o eſt: ꝙ per hanc dilectionē cer
tificamur de eterna mercede. vnde dicit. Ut ſi
tis filij patris veſtri ⁊c. i. vt poſſitis obtinere
regnum celoꝝ in hereditatē: q2 ad gal. 4. dicit'
Qd' ſi filius ⁊ heres ꝑ deu3: q2 certificatus in
futuro erit ſuꝑ regnum celoꝝ. Per deu3. i. ꝑ
operatione3 dei. ¶ Ratio huius eſt: q2 homi
ni meritorie oꝑanti debetur merces eterna.
Omne aūt opus virtutis fit meritorium ꝑ ca-
ritatem: q2 ꝯgruum eſt: cum actus beatificus
ſit actus ſuꝑnaturalis: ꝙ ad illum d3 hō acce-
ptari ꝑ caritatem: qui etiā habitus ſuꝑnālis eſt
vnde meritū cum ſit aliqd' opus bonum lauda
bile: ſit t'n̄ deo acceptum ꝑ caritate3. Ita ꝙ q̄s
ꝓ illo vult offerre aliqd' ꝑmium. Nam ꝑ actū
amoris in voluntate ſtatim potentie executiue
mouent' ad volitum. Qd' p3: q2 quicqd patitur
homo ex amore: h' facile eſt: ⁊ quaſi eſſentiale.
Quicqd aūt contra amorem eſt: eſt quaſi vio-
lentum. vnde Aug. Amor meus pondus: in
eo feror: quocunq3 feror. q. d. Amor cōparat'
pōderi ꝑꝑ tria. ¶ Primo q2 ſicut motus gra
uis non eſt ⁊ violentus: ſed ſpontaneus.
¶ Secōo ſicut graue q̄to plus appropinquat
ad centrum: tanto velocius mouet'. ¶ Tertio
ſicut graue difficillime ſurſum manet: ita mo-
tus amoris eſt ꝑmo ſpontaneus ſumme: ⁊ nō
violentus. Secōo ita motus amoris fortior eſt
circa finem. Tertio ita aīe amanti difficillimū
eſt nō vniri amato. Hec aūt merces h3 ſibi ſe
curitatem annexā: q2 merces efficit' heres. vn̄
Augu. de ci. dei. Anima btiſſima eſſe non po
teſt: niſi fuerit de ſua btītudine certiſſima. vn-
de ſibi talis certitudo nō eſt: niſi ex dei volūta
te: q2 voluntas dei ſemꝑ coagit voluntati ⁊ in
tellectui ad actum beatificum. Et ideo videtur
dare ſecuritatem. vn̄ dicit'. Juſtoꝝ aīe in ma-
nu dei ſunt. Et in manu tenentia diuine volun-
tatis. ſ. reſpectu obiecti btīfici: qd' actu dilectio
nis acquirit' ꝓ mercede. vnde ſicut pater cele-
ſtis in paſſione oriri fecit ſolem gratie ⁊ imbrē
miſericordie: pluuit ſuper bonos ⁊ malos: ſi-
cut per gratia3 remiſſionis affectu ⁊ effectu ini
micos diligimus.
¶ Sexta ꝯcl'o eſt vtrum magis meritoriū ſit
diligere inimicos: q̄3 amicos. Dicendu3 ꝙ ſi
accipitur diligere inimicum: ꝓut cadit ſub cō-
ſilio: ſm ꝙ eſt opus ſuperogationis: et ſi acci-
pitur diligere amicum: ſm ꝙ cadit ſub ꝑcepto
Sic diligere inimicum eſt magis meritoriu3.
Probo: q2 magis meritorium eſt implere cō
ſilia q̄3 ꝑcepta: vel ſi accipiat' diligere q̄tu3 ad
circunſtantias ipſius actus. Sic etiā diligere
inimicum eſt magis meritoriū: q2 virtus ē cir
ca ardua ⁊ difficilia. Sed diligere inimicū eſt
magis arduum: q̄3 diligere amicum: ⁊ eſt etiā
difficilius. Ergo ⁊c. Sed accipiēdo diligere
q̄tum ad ſbam actus. Sic diligere amicū eſt
magis meritorium. Et hoc eſt ex obiecto. Et
ratio eſt duplex. ¶ Primum q2 hoc eſt in di-
lectione amici. Igit' ⁊c. ¶ Secōo p3: q2 in dili
dat niſi regratianti: ꝛ miſam recognoſcenti: ne vileſcat nobilitas dñi. Et ideo in tẽplum ipſuꝫ inueniens tanꝗ̃ gratum beneficijs ſibi contulit perſeuerantie donum dicens. Ecce ſanus factus es: per primam gratiam: Jam noli peccare. Glo. Innuit ꝙ pp peccatuꝫ languebat: Sed ieſus ſicut illum exterius: ita interius ſanauit. ſ. pſeuerantie perfectiõe. vnde nõ peccare ẽ in ſtatu iuſtificationis perſeuerare.

¶ Quartũ documentum eſt: ꝙ maxime in beneficijs iuſtificatiõis debemus eſſe grati. Nã ſicut Ber. dicit. Jngratitudo eſt hoſtis gratie inimica ſalutis virtutũ diſperſio: ꝛ beneficioꝝ pditio: ſic ecõuerſo gratiaꝝ actio eſt cara gratie: amica ſalutis: ꝯgregatio virtutum: inuentio beneficioꝝ. Vnde iſte ꝓrupit i gratiarum actionem: vt ſibi beneficia multiplicarẽtur. vñ dicitur. Abijt ille homo ꝛ nunciauit iudeis: qꝛ ieſus eſſet q fecit eum ſanum nõ accuſans eum de crimine ſm Criſo. ſed magnificãs eum de beneficijs cũ gratiaꝝ actione. cupiens ẽt alios ſaluos fieri. Vnde glo. interlinearis. Nõ eſt piger in annunciãdo. Nam ipſe annunciat iudeis ſalutẽ: vt ſequantur: ſed illi eum pſequuntur. Quam ſalutem nobis concedat ieſus.

¶ Sabbato poſt dominicam pmam quadrageſime. Sermo quinquageſimus.

Aſſumpſit ieſus petꝝ ꝛ iacobum ꝛ ioannem fratrem eius. Matth. 17. Scd̃m ꝙ dicit Yſidor⁹
a Dis ars ſeculi eius amatores ſtrenuos: ꝛ ad exequendum ꝓmptiſſimos hꝫ. Et hoc ideo qꝛ preſentẽ habent operis ſui remuneratorem. Ars enim diuini nois hꝫ ſectatores: languidos: tepidos ꝛ pigritie inhertia congelatos. Et hoc ideo: qꝛ labor eorum non ꝓ preſenti: ſed ꝓ futuro in remuneratiõe differt. vñ ꝛ magna coꝝ merces preparat̃ q bone ꝯuerſiõis pncipia augmento ſolidiori ꝯſumãt: ac q firmius i duri itineris laboribus vſqꝫ ad finẽ pſeuerãter ꝯtinuãt. Ne ergo ꝓ nihilo ducerem⁹ laborẽ pnie deuotis ac ſctis aiabus: õs aliqñ dulcedinẽ ſue glie demõſtrat: qͣtenus hͦ exẽplo allecti ꝛ aiati laboreꝫ pnie copioſa remuneratiõe recõpẽſãduꝫ virilr aggrediãtur: ꝛ qꝛ apl̃i pcipue debebãt tribulationẽ mũdi ſuſtinere: iõ magis dilectos aſſũpſit ad ſue maieſtatis ꝛ glie oſtẽſioneꝫ. vñ Jhero. dic. Poſt ignominiaꝫ crucis glia reſurrectiõis addit̃: vt nõ timerẽt obprobria crucis: q oculis ſuis viſuri erãt gliaꝫ future reſurrectionis. Et ſꝫ hͦ i euãg° ſꝫ hyſtoriã ſũt. 3. ꝯſi°es.

Prima conſideratio

c Prima ꝯſideratio eſt de hijs q̃ precedũt huiuſmodi transfiguratiõnẽ: circa quã ſunt. 6. documenta.

¶ Primũ documẽtuꝫ eſt ꝙ cũ teſtimoniũ ſit approbatio iuſtitie aſſiſtẽtis veritati q̃ non põt demõſtratiõe verificari: iõ multũ ẽ neceſſaria. Nam ſicut dicit̃ neceſſarium ſine quo res eſſe non poteſt: ſic credulitas que eſt de articulis fidei cum non ſit ꝑ demoſtrationẽ de neceſſitate requirit per teſtimoniũ approbationẽ. vnde dicit Johes. Qui vidit teſtimoniũ phibuit: ꝛ ſcimus qꝛ verum eſt teſtimoniũ eius.

¶ Scd̃m documentum eſt ꝙ ſaluator pro approbatiõe certioꝛ aſſumpſit hos tres apl̃os. ſ. Petrum: Jacobũ: ꝛ Joanneꝫ: ꝛ merito. Nã teſtimoniũ nõ habet infallibilem certitudinem ſed probabilem: Et ideo quicqd probabilitateꝫ confirmat reddit ipm efficax: ꝛ verũ: ꝛ firmuꝫ Hec aũt eſt ſufficientia teſtiũ que conſiſtit in fidei firmitate: ꝛ in innocentia: ꝛ in bona fama: Hec autem erãt in his tribus. iõ aſſumpſit eos Glo. Hos aſſumpſit vt tribus idoneis teſtibus totus mundus crederet. Petro q claues celoꝝ accepit. Joanni cui mater cõmittit̃. Jacobo qui prius inter apl̃os ſoliũ ſacerdotale accepit. Glo. Dat meritoꝝ ꝯditoꝝ hos pfectiores fuiſſe ceteris apl̃is: et ſignificat illos: qui habent fidem: ſpem ꝛ caritatem. vel per petruꝫ ꝯiugati: ꝑ iacobum penitentes: ꝑ ioannem virgines intelligi poſſunt.

¶ Tertium documentũ eſt: ꝙ triplex eſt teſtimonium. ſ. cordis: oris: ꝛ operis. Teſtimoniũ oris eſt duplex. ¶ Primũ eſt chriſtiane veritatis affirmande. Prime coꝛ. p̊. Jn omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo: i omni ſcientia ſicut teſtimonium chriſti confirmatum eſt in vobis. ¶ Scd̃m eſt falſitatis cõfutãde. Job. 7. Nõ põt mũdus odiſſe vos: me auteꝫ odit: qꝛ teſtimoniũ phibui ꝺ ipo: qꝛ opa ei⁹ mala ſunt ꝛc. Teſtimoniũ cordis eſt etiaꝫ duplex. ¶ Primũ conſcientie irreprehẽſibilis. Scd̃a coꝛ. p̊. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniuꝫ cõſcientie noſtre. ¶ Secundũ eſt familiaris inſpirationis. Roma. 8. Jpſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: ꝙ ſumus filij dei.

Teſtimonium operis ad vtrunq; ↄfirmando
duplex eſt. ¶ Primū. ſ. bona faciendo. Joh.
.6. Opera que ego facio: ipſa teſtimoniū phi/
bent de me. ¶ Secundum in ſuſtinendo ma/
la: q2 martyr grece teſtimoniū latine. Actuū.
p. Et eritis mihi teſtes i hieruſalē.

¶ 4m documētū ē qđ habet i glo. Ois reue
latio cuiuſq; facta: q̄ nō p leges ⁊ ,pphas ↄfir-
mat ſuſpecta eſt. Et iō ſaluator ēt ad ,pbatōem
fidei ⁊ veritatis Moyſen ⁊ Helyā aſſumpſit.
Et ideo in glo. Bede dicit. Helyas cū Moy
ſe legiſlator ⁊ eximius ,pphax apparent ⁊ lo/
quuntur cum deo in carne viuente: oſtenden-
tes ipm eſſe: quē lex ⁊ ,pphe ,pmiſerunt. Be
da ponit nō corpora vel aias Helye ⁊ Moyſi
apparuiſſe: ſed ex ſubiecta creatura illa corpo/
ra formata fuiſſe. Poteſt etiā ſm eundem di-
ci angelico miniſterio illđ fuiſſe: vt angeli eox
pſonas aſſumerent. Hec in glo. ſup Lucam.
Aliter dicunt alij ⁊ verius: q2 vere ipſi in pa
ppria apparuerunt: q2 veri teſtes eē debebāt
Luc. 9. dr q2 p̄dicebāt ei exceſſū eē quē ↄple
turus erat in ihrlm. i. paſſionē ⁊ reſurrectōe3
¶ Quintum documentū eſt: q2 vt eccli. 4. di
citur. Funiculus triplex difficile rumpit. vn/
de ſaluator poſt teſtimonium aplicum ⁊ ,pphe
ticum voluit etiā celeſte habere teſtimoniū: vt
nō ſolum veritas ,pbatior: ⁊ teſtimoniū eſſet ef
ficacius. Sȝ ēt teſtes eſſent certiores: audiētes
pris vocē eox teſtimoniū ↄfirmantem: q̄ mē
tiri non pōt. vnde dicit. Hic eſt filius meus.
Glo. Hic vir eſt ille: quem Moyſes vobis
,pmiſit. Nunc auſcultate: ⁊ oēs auſcultare faci
te. vnde dicit: Et ecce vox. Ecce demōſtratio
ad homines. Vox de celis. i. celeſtis patris di
cens. Non vt in xpo indicet q2 neſciat/ ſȝ vt au
ditoribus ,pficiat. Sed h ſm Bernar. deus
ſinglaritatis dicit: q2 ipſe eſt: ⁊ nō alius. Fili9
meus ↄſbalis: q2 de mea ſubſtātia genitus: di
lectus: eternalr: nō in tpe adoptatus. In quo
mihi cōplacui: aſſumere humanitatem tpalis:
quia in fine temporis incarnatus eſt. Pſal.
Dominus dixit ad me. filius meus es tu ⁊c.
¶ Sextū documentū eſt: q2 ,phibitio de teſti
monijs phibendis mons erat ↄgruentior lo-
cus pp q̄nq;. ¶ Primo q2 ibi ē locus doctri
ne. vnde Moyſes aſcendit in montē: ⁊ ibi ac
cepit legē ad docendū pplm: vt dicit exo. 19.
¶ Scđo q2 ibi eſt locus diſcipline: q2 ibi vitat
tumultus cogitationum. vnde videns ihs tur
bas: aſcendit in mōtem. ¶ Tertio q2 ibi eſt lo
cus pacis. ⁊ ideo addit ſeorſum: q2 ſm glo. iu
ſti ⁊ nunc aio ſunt ab impijs ſegregati: ⁊ in fu
turo aio ſeparabunt. Tunc aūt abſcondet eos
in abſcondito faciei ſue a conturbatione hoiū
¶ Quarto q2 ibi eſt locus ſpeculatōis: q2 inde
videmus patriā celeſtem. vnde glo. ſuper illđ
Luce. 12. Diſcipuli abierunt in mōtem: mo/
net nos dns: vt ſi volumus eum videre ad ſu
perna: de infimis eleuemur. ¶ Quito q2 ibi
eſt locus vitandi gl'iam mūdi: q2 cum xpm vo
luiſſent facere regē: fugit in mōtem. Johis. 6.
vbi glo. interlinearis vt diſcant gl'iam non in
profundo huius ſeculi: ſed ſupra in regno bea
titudinis eſſe querendam.

Scđa ↄſideratio.

Secunda cōſideratio eſt de hijs: que
ptinent ad declaratōe3 huius tranſfi
gurationis. vbi occurrūt octo ↄ°es.

¶ Prima ↄclo eſt. Neceſſarium erat: q2 apo
ſtoli pp fidem debebāt multa ſuſtinere: vt ali/
qua ſpirituali ↄſolatiōe future glīe in xpo oſtē
denda refocilliarent: qđ ⁊ fecit p eius trāſfigu/
rationem. vnde glo. Luce. 9. dicit. Quia ar/
duum erat aiam piculis: corpus morti offerre
ſuſtentat humane mentis infirmitatē remune
ratione pſentiū: ne frangat deſpatione: vl'te
dio. Viſa. n. eterna glīa ⁊ ſi in trāſitu ſit: ⁊ bre
ue momētū: fortiores tn̄ ↄtra aduerſa mundi
reddunt. Ideoq; pmittitur futura glīa videri
in terra: vt certius ſperetur eterna.

¶ Scđa ↄclo eſt: q2 ſaluator hos teſtes voluit
in ſua tranſfiguratōe certificare p ſenſū viſus
tum q2 ,p iſto ſtatu excellit oēs ſenſus: q2 ma/
gis viſioni intellectiue appropinquat. Et ideo
etiā viſio ,p intellectuali cognitōe frequēter po
nitur. ¶ Patet: q2 ſicut intellectus tranſcēdit
oēs ſenſus ex eo q2 nō ſolū corporalia: ſȝ etiā
ſpūalia ſpeculat. Ita viſus oēs alios ſenſus in
eo q2 nō ſolum corruptibilia corpora: ſȝ etiā in/
corruptibilia intuet: qđ nō poſſunt alij ſenſus
Idem ↄfirmat: q2 ſolus viſus btificabit in pa
tria. inq̄tum xps ſm humanitatē ponit obm
btificum corporalis viſiōis: ſicut eius diuitas
ſpūali oculo ↄtemplabitur. Quia igit tā excel
lens eſt ſenſus viſus ⁊ tam certus: debuit eos
xps per eum certificare.

¶ Tertia ↄclo eſt: q2 differunt trāſfiguratio ⁊
tranſb°. Nā tranſba° eſt trāſitus de vna ſuba
in aliā: manentib9 tn̄ eiſdē q̄litatib9 ſeu ſpēb9:
ſic pȝ i eucariſtia: ſȝ trāſfiguratio eſt trāſit9 đ
figura ad figurā: manēte tn̄ eadē ſuba i ſuo eē

¶ Quarta ꝯcl'o eſt videre de opinione diuer
ſa in iſta tranſfiguratõe. Quidã dicunt ꝙ iſta
claritas fuit i aere circũfuſo: nõ in corpore dñi
co. Alij dixerunt ꝙ dñs accepit in ꝯceptõe cor
pus mortale ⁊ opacũ: ſ; i iſta trãſfiguratõe ad
horã accepit corp⁹ imortale ⁊ clarũ. Alij dicũt ꝙ
ab ipa ꝯceptõe hũit corpus imortale ⁊ impaſſi
bile ſplẽdens ꝑ nãm. qđ nõ apparet. ſed volun
tate paſſibile pp diſpenſationẽ incarnationis.
vnde qñ voluit oñdit dotes corporis: vt ſubti
litatem in naſcẽdo: agilitate; ſup aquas ambu
lando: claritatẽ in transfiguratõe. impaſſibilita
tem in cena. Et tunc fuit trãſitus de figura in
figurã: nõ ſm rem: ſ; ſm manifeſtationem.
S; hec oĩa tanq̃ falſa elidunt' ꝑ auctoritatem
Ihero. di. Nemo putet eu; amiſiſſe corporis
veritatẽ: quam nõ ſubtraxit: ſ; ſplendorẽ addi
dit. vnde Luce. 9. Facta eſt ſpẽs vultus eius
altera: non alia.

¶ Quinta ꝯcl'o eſt: ꝙ claritas iſta fuit vera ⁊
ſenſibilis ſm veritatẽ in xpi corpore exñs ad
oſtenſionẽ claritatis: qua; ꝓmiſerat in ſanctis
poſt reſurrectionem futura; di. Fulgebunt iu
ſti ⁊c. Dicit' aũt xps trãſfiguratus: q2 claritatẽ
ſibi veraciter inherentẽ aſſumpſit ad tps in fi
gura future claritatis: que erit in ſanctis.

¶ Sexta ꝯcl'o eſt: ꝙ talis claritas erat miracu
loſa: ſicut miraculoſe de vtero ꝓdijt intemera
te virginis: ⁊ ſic miraculoſe ſup aquas ambu
lauit: ſm qd tñ põt dici nãlis: inq̃tum erat diſ
poſitio in corpore xpi ad claritatẽ ex imunitate
peccati: ex ꝯiunctõe ad aĩam glioſam: ⁊ ex vni
one ad deitatẽ. Fuit ḡ trãſfiguratio ſimplr mi
raculoſa ſm quid naturalis.

¶ Septima ꝯcl'o eſt: ꝙ iſte fulgor nõ fuit ꝓue
niens ex aliq̃ ꝓprietate corporis exñte in corpe
xpi. Nec fuit in corpore ex aĩe glia: q2 aĩa xpi
adhuc erat paſſibilis. Et iõ reſpectu q̃ erat for
ma corpis. vñ gl'ia; in corp⁹ nõ trãſfundebat
⁊ ſplẽdor i veſtib⁹ ex claritate corpis ꝓcedebat

¶ Octaua ꝯcl'o: quõ poterãt apl'i videre xpm
in corpore glificato: q2 claritas illa videbat' vi
ſui iproportionata. Dicit' ꝙ corpus glificatu;
eſt oĩo in ptãte ſua: q̃tum ad oẽs actões eius.
Et ideo dicit' ꝙ in ptãte corporis glioſi eſt ꝙ
videat': ⁊ nõ videat'. Et iter; qñ videt' ꝙ videa
tur ſub forma glie: vel non. Cum. n. in eo ſit
forma corporis nãlis ⁊ forma glie: põt ſ; vnã
imutare viſum: vel ſm vtrunq;: ⁊ imutare vi
ſum ſub forma glie ſm ꝓportionem viſus: vt
nõ corrumpat': ſ; vt delectet' ex viſibili ꝓportio
nato. Et h̄ eſt ꝙ dicit. Et trãſfiguratus eſt añ
eos: ⁊ reſplenduit facies eius ſicut ſol ⁊c.

Tertia ꝯſideratio.

Tertia ꝯſideratio eſt de hijs: que ꝯſe
quunt' ei⁹ ꝑfectionẽ: ibi. Reſpõdens
aũt Petrus: vbi occurrũt ſex ꝯ°es.

¶ Prima ꝯcl'o eſt: ꝙ ratio humana in rebus
dinis eſt mltum deficiens. Cuius ſignu; eſt:
q2 phi de rebus humanis nãli inueſtigatõe ꝑ
ſcrutãtes: in multis errauerunt: ⁊ ſibijpis cõ
traria ſenſerunt. S; q2 ſm Dio. lumẽ dinu;
nõ recipit' in nob: niſi ſm humanã ꝓportionẽ
ideo cum cognitio nr̃a ex ſenſu oriat'. op; ꝙ in
tellectus noſter ꝑ aliqđ ſupnãle lumen eleuet':
q2 nihil põt in operationem trãſcendentem: niſi
eius virtus fortificetur. Viſio dine eẽntie eſt
actus trãſcendens facultatẽ humane nãe. Er
go neceſſarium eſt nobis oriri lumen glie ad
huiuſmodi optionem conſequendam.

¶ Scđa ꝯcl'o eſt: ꝙ q2 btũs Petrus ſpecula
ri volens in dinis rebus humana rõne cecidit
in errorẽ. Nondũ. n. recepat reuelationẽ ſcri
pturarũ. vñ dicebat. Faciam⁹ tria tab. vñ glo.
Mat. 9. d. In hijs erat Petrus: tũ q2 in via
patriã reqrit: tum q2 in glia tabnacula neceſſa
ria fore credidit: tum q2 vtilitatẽ xpi negligit.
Vñ Augu. Quid dicis Petre ꝙ mũdus pit:
⁊ tu ſecretum q̃ris: Vides tot gẽtes ꝯuenire
in vnũ: ⁊ vbi eẽ diligis. Vides tenebras mũ
di: ⁊ tu lumen abſcondis: Nemo qppe accen
dit lucernam ⁊ cetera.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ impoſſibile eſt ꝙ volũtas
vnius hoĩs ſil'ſe hẽat ad diuerſa: ſicut ad vlti
mos fines. Ratio eſt: q2 ſicut in ꝓceſſu rõis
ꝑñm eſt illđ quod nãlr cognoſcit: ita etiã in ꝓ
ceſſu voluntatis o; eẽ ꝑñm id: qđ nãlr deſide
ratur. Hoc aũt o; eſſe vnũ: q2 nã non tendit
niſi ad vnũ. Nec in ꝓceſſu voluntatis eſt vlti
mus finis. vñ o; id in qđ tendit voluntas eſſe
ſub rõne vltimi finis vnum. vñ l; ſm ꝙ dicit
Aug. 29. de ci. dei: qdam vltimũ finẽ hoĩs
poſuerunt eẽ in q̃tuor. ſ. in voluptate: in qete:
in ꝓſidijs nãe ⁊ in Xtute: tendẽtes ad ea q̃tu;
ad rõne; vltimi finis: q2 oẽs appetunt ſuã ꝑfe
ctionem adiplere. Vbi gratia. Licet oĩ guſtui
delectabile ſit dulce: ſm quoſdam magis dele
ctat dulcedo vini: ⁊ quoſdã dulcedo mellis: ſic
l; oẽs appetant ꝑfectionem ſuã adimplere: tñ
qbuſdam magis ſapit dulcedo voluptatum: q
buſdam dulcedo diuitiarũ. Sic ergo dulce o;
eſſe ſimplr melius delectabile: in quo maxime

delectatur q hꝫ optimū guſtum: ꝛ ſumitur bonum opꝫ eſſe cōpletiſſimum: qđ tanq̄ vltimū finem appetit is: q hꝫ affectum bn̄ diſpoſituꝫ. ¶ Quarta ꝯcl'o eſt: ꝙ beatus Petrus ſub ratione vltimi finis tendens in vltimum finem volens ſuaꝫ ꝑfectionē adimpleri: oblitus gl'ie eterni regni: viſa dn̄i maieſtate: ſoluꝫ hijs vult ꝑpetuo adherere: dicēs. Dn̄e bonū eſt nos h̄ eē. vn̄ dicit glo. ibideꝫ. Si petrus videns claritatē humanitatis tanto efficit̄: vt nunq̄ velit ab ei⁹ intuitu ſeiungi. Quid putanduꝫ đ hijs: q diuitatē vidē meruerūt. vn̄ bonū eſt nos hic eſſe: non ad modicū ſꝫ glo. ſꝫ ad ſemꝑ manē. ¶ Quīta ꝯ° eſt: ꝙ q2 timo2 petri erat ꝯ rōneꝫ o2dis būit rōeꝫ pcti ſaltē venialr. vn̄ dic̄ Jhe. Audierat petrus ꝙ o2 ieſuꝫ i ilerl'm ire ꝛ multa pati formidans adhuc p2o eo: ꝛ nō audens apte ꝯdicere: enigmate h̄ inuit. Licet ḡ manere ſemꝑ in loco alto: ſolitario: ſecuro: iocundo cū viris potētibus: q̄ſi diceret. Nemo ſcit vbi ſumus. Et h̄ eſt ꝙ dicit. Et audiētes diſcipl'i ceciderunt in facieꝫ ſuā. Cadunt iuſti in faciē: tum ꝑꝑ timo2em: vt h̄: tum ꝑꝑ humilitateꝫ: vt ibi. Procidentes ado. eum: tum ꝑꝑ gratiaꝝ actionem. Apocal'. 7. Ceciderūt in con. thro. in facies ſuas ꝛ timuerunt valde. Caſus. n. exterio2 fuit ſignum timoris in interiori.

¶ Sexta ꝯ° eſt: ꝙ hec timo2is cā erat ſcia ſui erroris: obumbratio nubiſ: ꝛ itonatio paterne vocis. vn̄ glo. Timuerunt: q2 ſe eraſſe cognouerūt: qa nubes apparuit: q2 vocē patris audierunt. vn̄ de erro2e ꝛ de patris voce dictuꝫ eſt ſup2a. Sed de nube lucida dicit glo. ꝙ eſt obumbratio diui ſpūs: q nō calligat affectib⁹ hominis: ſꝫ reuelat occulta cordis. vn̄. Ecce nubes lucida. Glo. ibideꝫ ad differentiā antiq̄ꝝ myſterioꝝ: vbi nubes caliginoſe: q2 apparitiones ille in timo2e: iſta in amo2e: illoꝝ cognitio cum velamine figuraꝝ: noſtra ſine figuris.

¶ Septima ꝯcl'o eſt: ꝙ hos ſic timentes xp̄s tripl'r ꝯſolat̄. ſ. mīa ꝑueniente: gratia adiuuante: ꝛ gl'ia ꝯſumante. Hijs. n. tribus fit ꝯſolatio ſpūalis. Et h̄ eſt ꝙ dicit Ber. Triplex eſt nobis neceſſaria benedictio. ſ. ꝑueniens: adiuuans: ꝛ ꝯſumans. Prima mīe. Scđa gr̄e. Tertia gl'ie. Preuenit. n. mīa ꝯuerſionē: adiuuat gr̄a ꝯuerſationem: ꝑficit gl'ia ꝯſumatōeꝫ vnde dicit. Acceſſit ih̄s. ſ. ꝑueniendo mīa: q2 ꝑ ſe nō ſurgere nō poterant. Tetigit eos. ſ. gratia ſua adiuuādo. Dixit q̄ eis. Surgite cōtra caſum: nolite timere ꝯtra metum. Leuātes autem occulos: poſt xp̄i tactum ꝛ ꝯfirmationem. Et eſt argumentum ꝙ hec viſio co2po2alis fuit. Neminē viderunt niſi ſolum xp̄m. Glo. Ablata nube viderunt Jeſuꝫ māſiſſe: Moyſem ꝛ Helyam receſſiſſe: q2 poſtq̄ legis ꝛ ꝑphetaꝝ vmb2a diſceſſit: ap'i eum viderunt: ꝛ reuelata erat eis ſcriptura. Luce vlt. Et apuit illis ſenſum: vt intelligerēt ſcripturas. vn̄ eis ꝓhibet hāc viſioneꝫ reuelari: ne ſm glo. gl'ia tanta ꝑoſtenſa incredibilis eēt: ꝑꝑ paſſionem ſequentē: ꝛ apđ iudeos ſequēs crux ſcandaluꝫ gnāret. A q̄ ſcādalo nos ꝑſeruet ih̄s. Amen.

¶ Dominica ſcđa q̄dragesime. Sermo. 51.

Aſſumpſit ieſus Pe. Ja. ꝛ Johēꝫ ꝛc. Mat. 17. Miſerico2s dominus cuius mīe non eſt numerus ſitiens ſalutem pctoꝝ piculoſe nauigantiū in pelago mundi: eis mlt'a remedia contulit.

a

Special'r tn̄ duas naues ꝑparauit: quaꝝ vna eſt baptiſmus: in qua vetus hō exuit̄: ꝛ nouuſ induitur. Scđa eſt pnīa: q̄ naufragium paſſis neceſſaria eſt ad ſalutē. Nam ipſa etiā ſuperat diuinum poſſe: q2 nō ſolum pctm̄ dimittit̄ qđ eſt ſolius dei: ſed etiā diuinaꝫ ſniam imutat ꝛ caſſat vnde Ber. O felix humilitas penitentiū: q̄ꝫ potens co2aꝫ oipotente: q̄ꝫ facile vincis inuincibilem: q̄ꝫ cito tremendū iudicem ꝯuertis in piiſſimum ſaluato2em. vnde xp̄s ꝯſiderās noſtram inſufficientiā ꝛ pn̄ie potentiaꝫ in ꝑſenti euangelio dat nob̄ fo2mā aggrediendi ipſam: dicēs. Aſſumpſit ꝛc. Et diuidit̄ in tres ptes. ¶ In pma ad declarationē future reſurrectionis deſcribitur xp̄i transfiguratio. ¶ In ſcđa ſubiūgit̄ huius transfiguratōis teſtificatio: ibi Et ecce apparuerunt. ¶ In tertia ponitur ꝓ exhibita transfiguratōe diſcipuloꝝ inſtructio: ibi. Et deſcēdentibus illis. Et tunc in vniuerſali ꝓ toto euangelio ponunt̄ ſex ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝯcl'o eſt: ꝙ pn̄ia maxime virtutis eſt. ſ. infinite: q2 nō ſolū remittit pctā: vt habet̄ Mat. 2. qđ eſt ſolius dei: ſꝫ etiā ꝑ ipam dimittitur total'r pena eterna. ¶ Ratio eſt: q2 q̄to maio2 eſt pena damnatōis: tāto maio2 eſt act⁹ redemptōis. Et ideo cum pena infinita illata ꝯtra pctm̄ mo2tale ſit infinita. Infinite ḡ virtutis eſt actus: quo iſta pena totaliter dimittitur.

Iste enim est actus contritionis. Per vnicū enim actum contritionis pena inferni eterna: que p oibus peccatis erat debita: totalr est dimissa. vnde Augu. Si vnus homo oia peccata hoium a pmo vsq ad nouissimum ppetrasset: et sicut Caym: Judas: et Pillatus desperasset: et si illi deus veniā denegare iurasset: si contritus veniā peteret: deus piurus veniam daret. Hec pnia designatur nobis p montē. Nam sicut mons dicit altus: solitarius: securus: iocundus. sic pnia dr alta: pp meritū: solitaria rōne singular virtutū: secura d triūpho: iocunda de pmio. Et dr seorsum: qz de dextro fluxit vulnere p meritū passiōis. vn psal. Induxit eos i mōtē sctificatiōis sue. i. p pniam. ¶ Scda pclo est: q tria debent habere illi: q ad hunc mōtē. s. pnie assumunt. ¶ Primo nāqz dz hre cognitōis claritatē: qd signat in petro: q interptatur cognoscens. In quo dz esse triplex cognitio. s. dei: sui: et pximi. Deū cognoscimus: cum ante opis ppetrationē psideramus dei iustitiā. Hec. n. excludit psumptionem: et post respicimus miam: qz hec pcauet desperationem. vnde Ber. dicit. Ante ppetrationem culpe nunqz de misericordia dei dz cogitari: sed iustitia est iudicium: furor et indignatio. Si igit fuerit p incuriā peccati admissio: tunc de misericordia dei est cogitandū: ne desperatio subueniat. Nosipsos cognoscimus: cum ppriam infirmitatē et defectus in mēte reuoluimus tam nāles qz morales. Talis cognitio generat humilitatē: et precauet psumptionem. vnde Bernar. Volo aiam seipsā scire: qz talis scientia non inflat: sed humiliat. Proximos cognoscimus: cum eorum necessitates quasi nostras reputamus. Hec autē cognitio compassionem generat: et cauet crudelitatem. ¶ Ad hanc mouet nos pmo nāe cōformitas. Ysa. 8. Carnem tuā ne despexeris etc. ¶ Scdo propria miseria. Prouer. 19. Homo indigens misericors est. Naz indigentia cpati docet. ¶ Tertio spūalis fraternitas. Fratres. n. sumus ex vno patre. s. deo nati: et vna matre. s. ecclia eandem hereditatem habituri. ¶ Scdo dz hre opis strēnuitatē: qd itelligit in Jaco. in quo lucta vel supplātatio intelligit. Naz vt dicitur Job. 7. Militia est vita hois sup terrā. Et hoc pp continuos aduersarior insultus. Nam aduersatur nob pnitos ppria. Jaco. p. Vnusqsqz tēptat a ccupiscētia ppria aduersat nob mundus. s. sensibus nris: delectabilia repñtans. vt Dan. 13. dicit: q psbri ipudice vidētes Susannā etc. Aduersat nob diabolus: ctinue nos ad malū instigans: vt dicit petrus ananie. Actu. 4. Illa vero q ab exteriori est facillima: qz si nō adiungat cum interiori: nihil psone facit. Illa vero ab inferiori debilissima est: qz fz Aug. Debilis est hostis q nō vincit nisi volentē. Ex hijs seqt q carne supata alij cito vincunt. Hoc aūt fit strēnuitate opis: q est actus opis fortitudinis: p quam hō vincit oia mala retrahētia ab orōne. vnde Gre. mōr. Justor fortitudo est vincere carnē ppriis voluptatib cuenire: delectationem psentis vite extinguere. ¶ Tertio dz hre diui bnplaciti cformitatē: qd intelligit in Johe: q dicit in q est gra: q coopatur nob ad hanc cformitatē: incipiens: pficiens: et adiuuās. vn p cor. dicit. Gratia dei sum id qd sum: qtū ad pm. Et gra ei i me vacua nō fuit: qtū ad 2m. Sz gra eius sp in me manet: qtm ad 3m. ¶ Tertia conclusio: q p huiusmodi pniā aia spiritualr tansfiguratur. Nā sicut transfiguratio est transitus de figura i figurā: sic spiritualiter aia transfiguratur: qn obducta pelle peccati aia virtutibus renouatur. Erat nāqz aia p pctūm figurata pp. 4. s. diuinar imitationū puationē: pp diuinor radior repulsionē: pp donor spiritualiū expoliationē: et propter viliū figurar inductionē. ¶ Primū pz. Naz per peccatū deletur imago dei et inducitur qsi forma bruti. Psal. Hō cū in honore eēt nō intellexit etc. ¶ Scdm patet. Sicut claudēs fenestraz ponit obicem radijs solis: ita peccans facit diuine gratie: et iō sicut nō pōt esse dom pulchra sine radijs: ita et aia p peccatū obtenebrata: qz sicut sol est causa pulchritudinis: ita tenebra turpitudinis. ¶ Tertiū patet: qz cū deus in baptismo ornat aiā spūalibus p peccatū statim omnibus spoliat: iō sicut turpe esset denudare figurā regis a suis ornatibus: ita est et animā spoliare ornatibus suis spiritualibus vnde Ezechielis. Trāsiui per te et eras nuda et confusione plena. ¶ Quartū pz. ex quo aia cecidit p pctm nō pōt resistere suggestiōib inimici: et iō occurrunt fātasmata turpia et imaginatiōes turpiū rer sensibiliū que ipmūtur sibi: et ideo sicut deturpat domus quādo turpit depingit: ita anima quādo p peccatū maculat Trenor. 4. Facies eor super carbones denigrata ē. ¶ Primo igit aia transfigurat qn de forma bruti fit trāsit de vitijs ad virtutes me

diāte caritate: q̄ eſt forma oiuʒ ꝟtutum. vñ ad
ephe. Renouamini ſpū mētis veſtre: ⁊ iduite
nouū hoieʒ. ¶ Scḋo aia trāſfiguraꝛ: qñ tene
bris pctoꝝ expulſis icipit lumē glīe reſplēdere
¶ Tertio qñ veſtib⁹ turpitudinis exutis ꝟtu
tuʒ ornatib⁹ decoraꝛ. ¶ Quarto trāſfiguratur
qñ deletis fantaſmatibus turpiū inductionum
exēpla ſctōꝝ ⁊ doctrine ꝑfectionū imp̄muntur
memorie. Unde pōt adduci illud. 2ª. coꝛ. xj.
Qḋ angelus ſathane aliqñ trāſfigurat ſe in an
geluʒ lucis. Vñ ſathan pōt dici ille qui vita pe
cuali volūtate ſathane ſe ꝯformat: ſed talis ſe in
angelū lucis transfigurat: qñ mutās vitā iſtam
vitioſaʒ ſub gratia militat xp̄i. Unde ſicut lux
deformitatē in tenebris occultatā oñdit: ſic lux
gratie deformitatem peccatorum oſtendit.
¶ Quarta ꝯclō eſt: ꝙ ad ꝑfectioneʒ hui⁹ pnie
reqritur. ¶ Primo vt pnia ſit vlr̄iter delicata.
Nā pnia particularis ⁊ diuiſa nō eſt ſalubris:
ſicut ſanatio corporis nō eſt ſalutifera: ſi aliqua
pars manet egrota: Ideo ait ezechias. Reco
gitabo tibi oēs an. me. in am. ani. m. Et ideo
dicitur mons: q eſt locus eminēs: de quo oia
inferiora reſpiciūtur: ſic pnia oia vl' nihil curat
¶ 2ᵒ dʒ eſſe ꝓprie ꝑſone iniūcta. Nō. n. ſanat
oculū medicina pedis. Pnia ſpālis eſt medici
na ꝯtra morbū peccati actualis. Unde ꝑſona ſe
morbidā ſentiēs i corpore ꝓprio recipe dʒ me
dicinā pnie. vnde dicitur. Audiētes diſcipuli
ceciderūt in faciē ſuam ⁊ timuerūt valde. Di
ſcipuli ſunt: q imitātur magiſtꝝ in doctria: vñ
xp̄s docet ꝑ pniaʒ peccata delere ſub pena dā
natiōis. vnde audiētes vocē ꝯminationis ca
dūt in facies ſuas qñ ꝯſiderāt turpitudie pecca
toꝝ ſe offendiſſe diuinā maieſtatē ⁊ eternā dā
natonē meruiſſe: ⁊ ideo timuerūt valde. De⁹
autem coꝛ contrituʒ ⁊ humiliatum ſic non de
ſpicit. ¶ Tertio debet eſſe voluntarie accepta.
Quanto. n. penitētia eſt magis voluntaria: tā
to magis ē ſatiſfactoria: et iō dicūt ſancti ꝙ mo
dicū de penia plus ꝓficit i hac vita q̄ʒ multa in
purgatorio: qꝛ talis pena nō eſt voluntarie aſ
ſumpta: ſʒ violenter inflicta. vnde Greg. Nō
placēt deo coacta ſuitia ſʒ volūtaria. Iō dr̄. Et
accedēs ihs. Accedere eſt act⁹ volūtatis: Et iō
ille dr̄ accedere: qꝛ querēs aie ſalutē accedit vo
lūtarie ad pnie ſacramentū. ¶ Quartū dʒ pe
nalr̄ applicari: qꝛ ſicut in vulnerib⁹ vuln⁹ duꝝ
ſanatur doloꝛ ē medcina doloris: ita in morali
bus pene ſunt medicie q̄daʒ. Qui vult igiꝛ pe
nitere ꝑfecte ſuſtinēter puniat ſeip̄m. vñ pſal.
Qm̄ ego i flagella ⁊c. Et h̄ notaꝛ cum dr̄. Et
tetigit eos. Tūc. n. penitēs tangiꝛ dū pnie do
loꝛ ſibi ſenſibiliter infligiꝛ. Quinto dʒ eſſe in
ternaliter profundata: qꝛ ſicut medicamentuʒ
qḋ ſolū in ſuperficie dr̄ ſupſanare ⁊ nō ſalubri
ter curare: ita pnia q̄ nō in ꝓfundo aie intima
tur nō eſt ſalubriſ. vñ dr̄. Dixitqʒ eis. Surgi
te et nolite timere. ¶ Sexto dʒ eſſe in finē de
bitū ordinata. ſ. in deuʒ. vñ ꝑꝑ ſequellā chriſti
debet quis ſubire penā tēporalē. Mat. 8. Se
quar te quocūqʒ ieris. Sed multi ſunt ſimileſ
petro: q in cena agni paſcalis nō ſolū ſequut⁹ ē
ſed preceſſit. In paſſiōe aūt ſequebaꝛ cuʒ a lon
ge ⁊ tandē fugit. Multi. n. ſequūtur in ꝓſpe
ritate fugientes in aduerſitate: ⁊ hoc eſt qḋ di
cit. Leuātes aūt oculos. ſ. ne. ui. ni. ſo. ie. q. d.
Qḋ in oib⁹ opibus ꝟtuoſis itētionē nr̄aʒ diri
gere debem⁹ i ſolū ibʒ ipſaʒ ꝑficiēdo in hono
reʒ dei: ⁊ ad ſalutē ꝓpriā: ⁊ ad ꝓximi vtilitatē.
¶ Quita ꝯᵒ eſt: ꝙ ꝑſeuerantes i opibus pnie
ſex fructus ꝯſequūtur in pr̄ia. ¶ Primus eſt
nouitas iuariabil': qꝛ aia hic ꝑ pniaʒ inouata ꝑ
gr̄aʒ: ibi in pr̄ia ꝑ lumen glīe tota inouatur in
cui⁹ rei ſignū facieſ eius ſic ſol ſplēduit. ¶ Se
cūdus fruct⁹ ē caritas iobfuſcabil': qꝛ poſt tene
bras miſie lux diue claritatis irradiat ⁊ coru
ſcat: ⁊ iō dr̄. Ueſtimēta āt eius fctā ſunt alba ſi
cut nix. ¶ Tertius ē ſocietas iſeꝑabil': qꝛ ſine
ſocio nullius rei iocūda ē poſſeſſio: ⁊ ſic ꝟtus
pnie oi credēti ē in ſalute: ⁊ h̄ eſt qḋ dr̄. Et ap
paruerūt illis moyſes ⁊ helyaſ. ¶ Quartus ē
ſanitas iſaſtidibil': qꝛ poſt dolorē pnie ſeqtur i
extimabil' dilectio: ⁊ h̄ eſt qḋ dr̄ de petro. Dñe
bōuʒ ē nos h̄ eē. ¶ Quitus ē caritas iꝑturba
bilis: qꝛ ibi ē vna ⁊ ꝯcors: volūtas: ⁊ h̄ eſt qḋ
dicit petrus. Faciamus hic tria taber. ¶ Se
xtus ē felicitas itermiabilis: qꝛ poſt penā tp̄alē
ſequūtur gaudia eterna: ⁊ hoc ibi notatur. Et
ecce vox de nube. ſ. certificatiōis: ſaluatori te
ſtimonium perhibens ⁊ noſtre ſaluti.
¶ Sexta ꝯᵒ ē: ꝙ i oi tp̄e meritorio ſꝑ ḋbemuſ
laudē humanā decliare: tal' nāqʒ laus euacuat
oē meritū. vñ Gre. Cōpelloꝛ vobis dicē: vt ⁊
bōa q̄ agitis ⁊c. ſʒ ſolū gl'iandū ē in pnia: vt pe
naʒ eternaʒ declinem⁹ ⁊ vt ad gaudia celeſtia
anhelemus: ⁊ id ꝓhibet eos dicēſ. Nemi dixe
ritis viſionē hāc: q̄ vos de p̄mio certificauit: ne
fauoꝛ humanus ipʒ euacuet: donec fili⁹ hoīs a
morte reſurgat: qui ſua paſſione vniuerſaliter
penitentiaʒ exemplificauit in q̄ ſolū eſt gl'iāduʒ
ad quam nos ducere velit ieſus.

¶ Feria ſcđa dñice ſcđe q̄drage. Sermo. 52.

Ego uado ⁊ querитis me ⁊c. Johis. 8. Scđm q̄ dicit Augu. ſup illđ pº co₂. Animalis hō nō ꝑcipit ea que dei ſunt. Animalis hō eſt quādo in vita ⁊ in ſenſu aīalis ē. Uita animalis ē: qn̄ intra nālis ordinis metas ſpūs rōem nō ꝯtinet: eo q̄ ipſe deo regendum ſe nō ſubijcit. In ſenſu qs aīalis ē: quādo de deo iuxta corpo₂ fantaſiā: vel legis litterā: vel rōez phiſicā iudicat. Modus aūt cognoſcēdi ꝑ fidē ſupplet defect⁹ alia₂ cognitionū. Naz ſi eſt intellectus rudis neceſſe hꝫ credere hijs: q̄ hn̄t intellectum exercere. Diſcentem. n. opꝫ credere. vnde q̄dam ꝓpter fidei defectū aīales effecti in reprobum ſenſum deuenerunt: quos ſaluato₂ in euangelio p̄ſenti reprehendit: dicens. Ego vado ⁊c. vnde moralis ſenſus pōt eſſe: q̄ peccatum eſt cauſa mortis: q₂ a nobis expellit gratiam nos ſpiritual'r viuificantem: a qua morte non poterimus liberari: niſi ꝑ mortem xp̄i: q̄ eſt verus mediato₂. Sed q₂ mori eſt ꝑ fidem ei non incorporari: ideo ad repellendum mortis pctm̄ neceſſarium eſt fidei ſacramentum. ſ. q̄ credamus eum eſſe doctorem: creatorē ⁊ iudicem. Homines ſeculi huius non intellexerunt: ſed poſt cōſiderationem mortis tam digne ꝑſone voluntarie acceptātes cognouerunt. ſ. q̄ eſt filius dei: ꝑ quez deus oīa opatur: cuius doctrina hꝫ veritatem: ⁊ pater eſſentialr̄ eſt cum eo: q₂ voluntas eius eſt ꝯformis voluntati patris. Igitur concludit̄ q̄ ſine eius aſſiſtentia nullus exaltari poterit ad gl'iam eternā: nec liberatur a morte peccati: niſi ꝑ fidem ei adhereat̄. Sed q₂ hec mā hꝫ locuz in dñica de paſſione ⁊ poſt: ideo ad aliā tranſeamus expoſitionem: que talis eſt: q₂ ꝑm Orige. mors ſaluatoris erat ſibi ꝓfectio illuc vnde venerat: ꝑm illđ phi. 2. Factus eſt obediens vſq₃ ad mortem crucis ⁊c. Sed q₂ penitentia eſt quedā mortificatio carnis: que ꝑ opā penalia erplet̄: ſeq̄tur q̄ ꝑ eam exaltabit̄ penitens in vita eterna. Sꝫ q₂ pctm̄ huius penitentie gratiā a nobis expellit: ꝑ peccatum ad talem exaltationem nō poterimus ꝑuenire: niſi credamus ſibi adherendo: ip̄az eē noſtre ſalutis recreatricez: quia eſt ſcđa tabula poſt naufragium: ⁊ iuſtitie doctricem: quia iuſtitia peccatum ordinat̄ in iudicatricez: qua habita omne iudicium ceſſat̄. vnde hoīes animales eam abhominant̄: non conſiderantes eius virtutem: ſed laborem. Nam ipſa genita ꝑ ſaluatoris paſſionez: qua mediante deo operatur omnia: que ꝑtinent ad deletionem actualium peccato₂um: cui etiam deus eſſentialiter aſſiſtit. Et hoc maxime: quia conformat ſe voluntati diuine: que ꝑm apl'z eſt ſanctificatio noſtra per ipſam ſolum implenda. vnde ea mediante liberamur a morte peccati: ⁊ exaltamur ad vitam eternam. Scđm iſtum ſenſum in vniuerſali occurrunt ſex conſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Prima ꝯſideratio eſt videre qm̄o penitentia eſt mortificatio carnis: cum dicit̄. Ego: vbi occurrūt tres ꝯ°es.

¶ Prima ꝯclō eſt: q̄ p̄ſupponitur peccatum habere originē a voluntate: q₂ ꝑm Aug. nulla alia re fit mens hoīs ſerua libidinis: niſi ꝓpria voluntate vniuſcuiuſq₃ ꝑ ſuggeſtionem: delectationem: ꝯſenſuz: ⁊ opationem: ꝑm illđ Jaco. p̄°. Unuſq̄ſq₃ temptat̄ a ꝯcupiſcētia ſua. Et ſequitur. Peccatum cum ꝯſumatum fuerit: generat mortem.

¶ Scđa ꝯclō eſt: q̄ ꝑ peccatum in ꝯcupiſcentia generat̄ rebellio: que imoderate fert̄ in obꝫ ſibi ꝯueniens contra dictamen recte rationis. Nam ꝯcupiſcentia ꝑ originalem iuſtitiaz: que ordinat nos reſpectu dei ad obediendu₃: reſpectu ſui ad ſubijciendum inferiores potētias dictatui rōnis: recte reſpectu ꝓximi ad reddendum vnicuiq₃ qđ ſuum erat refrenabat̄. Sed talis iuſtitia tollit̄ ꝑ peccatum: ⁊ ideo ſequit̄ rebellio: q₂ deo nō obedit̄: ⁊ inferiores ſuperioribus nō ſubijciūt̄: nec cuiq₃ qđ ſuū erat reddit̄.

¶ Tertia ꝯclō eſt: q̄ ad refrenandam hanc rebellionem pnīa eſt multū neceſſaria ⁊ cōgrua: q₂ vita aīalis: ꝑ quam hō ſequit̄ delectationes corporales: cauſans ꝯſequenter rebellionez ꝑ penitentiam enarrat̄: cum ſit pena magna.

¶ Ratio: q₂ ſicut magna infirmitas indiget maxima cura: ita maxima culpa req̄rit ꝑꝫ iuſtitiam diſtributiuam penaz maximā: q₂ vt dicit̄ deute. 25. ꝑ menſura peccati erit plagarū modus. Et q₂ mortalitas culpa eſt maxima: quia offendit̄ maieſtas iſinita: ideo ꝓ p̄ncipali pena inſtituta eſt ei contritio: que eſt maxima pena. Qđ pꝫ: q₂ cum in iſta vita maximu₃ ſuppliciū ſit mors: ꝯtingit vt aliq̄ eligant mortem: vt fugiant triſtitiam: cum tamen ad vitandu₃ mor

tem: penam maiorem acceptent: vt pȝ in illo:
qui interfecit ſeipſuȝ. Et hoc eſt qđ dicit. Ego
de quo in pſal. 34. dicit. Ego auteȝ cum mihi
moleſti eſſent. ſ. rebelliones orte in ꝯcupiſcen
tia. Induebar cilicio. i. penitentie amaritudi/
nem ad refrenandum eaſdem.

Scđa ꝯſideratio.

c Irca ſecundā ꝯſiderationē que ē de
penitentiſ ꝑ penitentiā exaltationē cū
dicit. Uado occurrūt. 3. ꝯcluſiones
¶ Prima eſt: ꝙ penitentia eſt a deo effectiue
a nobis aūt diſpoſitiue: qa q creauit nos ſine
nobis ꝛc. Ad hanc aūt diſpoſitionē. 4. requi-
runtur. ¶ Prima cognitio fidei informis in
qua homo cognoſcit diuinam iuſtitiam ꝛ boni
tatē: cui diſplicet omne malum: ꝛ que nullum
malum relinquit impunitum. ¶ Secūdo req
rit cognitio proprie offenſe. Nullus eni vnqȝ
de peccato penitet: niſi ipm ꝓ ad memoriā re/
uocet. Appoc. ꝓ. Qui lapſus fueras memor
eſto vnde excideris: et pniam age. ¶ Tertio
requirit eius deſpectio: qꝛ niſi peccatū diſplice
ret cōdemnaret. ¶ Quarto requirit cognitio
miſericordie dei: qua probat⁹ eſt omnini reuer
tenti dare veniam. Oportet. n. aliquid eſſe in
clinās in honorē dei: et ħ facit ſpes de materia
¶ Scđa ꝯclō eſt ꝙ penitētia eſt expulſiua pec
cati actualis. Nam peccatū actuale eſt macula
animaȝ deprauās et a bono debilitans: noſtrā
vulnerans ꝑ actū voluntatis cū delectatione ꝛ
libidine: et iō quintuplex nomē ſortitur gratia
huiuſmodi peccatū expellendo. Dicit eni gra
tia: inqȝtū delet culpaȝ deformanteȝ: qꝛ gratie
eſt reformare. dicitur virtus inqȝtuȝ delet cul
pam potentias habilitādo: qꝛ virtutis eſt potē
tias habilitare ad bonuȝ. ¶ Tertio dicit ſacra
mentū: inqȝtum delet culpā vulnerantē natu
ram: quia ſacramentorum eſt vulnera ſanare
¶ Quarto dicit actus voluntatis: iqȝtū cū do
lore delet culpam ex delectatione perpetratam
¶ Quinto dicit pnia: iqȝtum continet penaȝ
in ſe culpā ordinantē gratia mediante.
¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ eſt mltuȝ meritoria. Nā
ex ordine dine voluntatis de cōdigno mereri
pōt vitam eternā: ſȝ nō ex nā rei. ¶ Primū
pȝ. Nam illđ qđ eſt maioris potentie ꝛ digni/
tatis: mlto magis pōt illo: in q̄ minor potētia ꝛ
dignitas repitur. Sȝ alique ꝟtutes ħ poſſunt
q̄ ſunt minoris dignitatis: cuȝ btitudo p̄miuȝ
ſit virtutum. ſ. de ꝯdigno mereri vitā eternaȝ
ex ordinatōe diue voluntatis. Ergo mlto ma
gis pnia cū ſit īfinite virtutis: vt pȝ. ¶ Scđm
pȝ. Natura inferior non pōt eē ꝯdigna ſupi/
ori: ſed corporalia ſpūalib⁹ tpalibus eterna nō
poſſunt ꝯparari. Ro. 8. Nō ſunt ꝯdigne paſ
ſiones huius tpis ꝛc. Sed ex inſtitutiōe dina
Et qꝛ iſtum actum hȝ deus acceptum ſup oē
ſacrificium: ideo Augu. eam cōmendat dicēs
Penitentia eſt medicamentum miſeris: ſpes
ſalutis: ꝑ quam peccatores ſaluant: ꝛ deus ad
miam ꝓuocatur. que nō in tpe penſat: ſed pro
funditate luctus ꝛ lachrymaꝝ. vnde pōt de ea
exponi illđ Johis. 4. Uado parare vob locū.

Tertia ꝯſideratio.

t Ertia ꝯſideratio eſt de ꝓpugnatiōe
pnie ꝑ peccatum: cum dicit. Queri
tis me: ꝛ in pctō veſtro moriemini.
vbi ſunt tres concluſionns.
¶ Prima eſt ꝙ inter ꝯcupiſcentiaȝ carnis: q̄
cāt pctm̄: ꝛ inter ꝯcupiſcentiā ſpūs ꝯtinue ē pu
gna. Et ħ eſt ex ꝯtradictōe affectuuȝ vtriuſqȝ
Qđ pȝ ſm ꝙ dicit Iſido. in li. differentiaꝝ.
Nam ꝯcupiſcētia carnis eſt motus aīe turpis
in affectum ſordide delectatōis. Concupiſcen
tia vero ſpūs eſt ardens intentio mentis in de
ſideria ſancte virtutis. Iſta ſibi cōſentientes
mittit in regnum: illa ad ſuppliciū ſempiternū
Illa eſt ex pctō p̄mi hois damnatione deſcen
dens: iſta eſt lex mentis de munere redēptio/
nis noſtri deſcendens. Hec autē ſibi inuicē ꝓ
affectu virtutuȝ vitiorumqȝ quottidiana collu
ctatione taliter aduerſantur.
¶ Scđa ꝯclō eſt: ꝙ peccatum in nobis eſt oc
caſio ſpūalis mortis: ſm illđ Jaco. ꝓ°. Pecca
tum cum ꝯſumatum fuerit: generat mortem.
Nam ſicut corpus ꝑ animam: ita aīa ꝑ gratiaȝ
viuit. Et ideo ſicut decedente aīa corpus mori
tur: ita recedente gratia: que ꝑ peccatum expel
litur: aīa ſpūalr morit. vnde hoīeȝ ſine gratia
vocat ſcriptura mortuum. Dixit. n. illi domi/
nus qui exciderat a gratia. Nomen hēs ꝙ vi/
uas ꝛ mortuus es. Apocal. 2. Ideo dicit. In
peccato veſtro moriemini. Glo. interlinearis
Niſi liberemur ꝑ fidem. vnde Augu. in glo.
ibidem. Quidā moriunt peccato: ꝛ hec mors
eſt deſiderabilis: que ꝯſiſtit in acceptiōe gratie
extinguentis pctm̄. Ro. 6. Qui. n. mortuus
eſt peccato: iuſtificatus eſt a peccato. Quidam
moriunt pp pctm̄ ꝑuans gratiā: ꝛ hij ſunt qui
finaliter moriunt in peccato: ꝛ hec eſt formida
bilis. vnde Dauid. Illumina oclos meos ꝛc.
¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ non ſoluȝ oīa opa bona

quo ad eorū meritū p peccatū mortificant: imo et omnia bona ipſius peccatoꝝ merito ꝑuant vnde ſicut ſeruo de laboricio ſuo qcqd lucratur ad nō ſuo tollitur ⁊ ſibi nihil de hoc deriuatur ita de⁹ peccatoris. i. diabol⁹ labores ſui omne meritū tollit. vnde que facit peccatum: ſeruus eſt peccati. ¶ Nota ꝙ licet pctōr ꝑ opera ex̄ caritatē facta nihil meret̄ de condigno: tñ aliquid de congruo. Peccator enī aliquando facit bonum opus in genere. ſ. dat elemoſinā ꝑpter vanā gloriā: de hoc meret̄ penā nō mercedem ſcilicet qñ hoc facit ad honorē dei: hoc nō pōt eſſe ſine gratia gratis data que diſponit de congruo ad gratiā gratū facientē qḋ deus aliquo modo acceptat. Eſt tamen illud meritū in proportionabile merito caritatis. Ualent tamen illa opera extra caritatē ad ſex. ¶ Primo ad multiplicationē temporalium: Iſa. 10. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis ¶ Secundo valet ad dimiſſionē pene tēporalis. Tertij regum. 12°. Non ne vidiſti achab humiliatū coram me: ideo nō inducam malū in dieb⁹ ſuis. ¶ Tertio ad impetrationē gratie. Joſue. 6. Raab inuenit gratiā: qꝛ nuncijs iſrael benefecit. ¶ Quarto ad bone vite aſſuefactionē. vnde trenoꝝ. 3. Bonum eſt viro cū portauerit iugū ab adoleſcentia ſua. ¶ Quinto ad peccati reſiſtentiā. Eccl'ia. Ignem ardentem extinguit aqua: ⁊ elemoſina reſiſtit peccato. ¶ Sexto valet ad mitigationem pene gehennalis: debende non debite verſus ditant: non cruciant: aptant debenda gebenne. Laxatur pena: ſueſcunt culpe: reſiſtunt. Et hoc ē ꝙ dicit. Ego vado ſilicet per meritum penitentie. Quo vos. ſ. per merita extra caritatem facta. Nō poteritis venire: qꝛ. ſ. eſtis mortui in peccato. Pſal. Non mortui laudabūt te dñe.

Quarta ꝯſideratio.

s Equitur quarta conſideratio: q̄ eſt de pctōꝝ excecatōe: cū dicit̄. Dicebāt ḡ iudei. vbi occurrūt due ꝯclōnes.

¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ pctm̄ ex certa malitia eſt grauius peccato: qḋ eſt ex paſſione. Quod pꝫ dupl'r. ¶ Ratio prima: qꝛ q̄to motus pcti eſt magis ꝑprius volūtati: tanto pctm̄ graui⁹ eſt Sed pctm̄ ex certa malitia eſt magis ꝑpri⁹ voluntati: qꝛ ꝑprius eſt voluntati: qḋ ex ſeipō in malum ſe plus mouet: q̄ȝ ab extrinſeco mouet Naȝ pctm̄ ex paſſione ſic. vnde pctm̄ ex h̄ ipō ꝙ eſt ex malitia: aggrauatur. Et tanto magis: q̄to paſſio fuerit plus vehemens. vnde ſaluator hec peccata damnans dicit. Uos deorſum eſtis: ideo ſm gloſam deſcendetis in infernū ¶ Scd̄a ratio: qꝛ paſſio que inclinat voluntatem ad peccandū cito tranſit: ⁊ cito reddit ad bonū ꝑpoſitum penitens de peccato. Sꝫ habitus quo homo ex malitia peccat: eſt qualitas ꝑmanens. Et ideo q ex natura peccat: diuturnius peccat. Et ideo dicit. Uos de hoc mūdo eſtis. q. d. Sicut vobis innatum eſt eſſe mundanos: ita impoſſibile eſt vobis dimittere malum: cum ꝑ exercitium acqſiueris habitū mali vnde Aug. de ci. dei dixit. ꝙ impreſſiones: q̄ in iuuentute aſſueſcunt: vix deleri poſſunt.

¶ Secunda ꝯclō eſt: ꝙ excecatio cum ſit effectus peccati: ſm illud ſapientie. 2°. Excecauit eos malitia: aliquando ordinatur ad damnatitionem: vt hic dicitur. Et non cognouerunt. Aliquando ad ſalutem: quod declaratur ſic. Nam excecatio eſt quoddam preambulum ad peccatum: peccatū aūt ad duo ordinatur. Ad vnum quidem ꝑ ſe. ſ. ad damnationē. Ad aliud autem ex miſericordia dei ſcilicet ad ſanationem: ⁊ quantum deus permittit aliquos cadere in peccatum: vt peccatum ſuum agnoſcentes: humilientur ⁊ conuertantur: vt dicit etiā Auguſtinus de natura ⁊ gratia. vnde excecatio ex ſua natura ordinatur ad damnationē ei⁹ qui excecatur. Propter quod etiam ponit̄ reprobationis effectus. Sed ex miſericordia diuina ad tempus medicinaliter ordinatur ad ſalutem eorum: qui excecantur. Sed hec miſericordia non impeditur omnibus: ſed tm̄ predeſtinatur: quibus omnia cooperantur in bonū. Romanorum octauo.

Quinta ꝯſideratio.

q Uinta conſideratio eſt de excecatorū reilluminatione: vbi dicitur. Si eñ nō credideritis ⁊c. vbi ſunt tres ꝯ°es

¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ per lumen fidei cecitas ꝑ peccatū cauſata expellitur. Nā fides nō ſolū eſt de hijs que ꝑ ſe ſunt intenta: ſed etiā ḋ hijs que ſunt ad intentoꝝ manifeſtationē: ſed qꝛ ⁊ remiſſio peccatoꝝ eſt effectus manifeſtans diuinā maieſtatē ⁊ xp̄i incarnationē tanq̄ȝ cauſā vnde ad remiſſionē peccatoꝝ habendā neceſſaria eſt fides. Et ideo volens oſtendere neceſſitatē fidei ad ſpiritualē regeneratiōē dicit. Niſi credideritis: ꝙ ego ſū: moriemini i peccatis veſtris: q̄ſi diceret. Nullus poteſt exuere veterē hoīem induere nouum: niſi ꝑ ſacramentū fidei. Glo. ſup illud pſalmiſte. Oīa opa ei⁹ in

fide: dicit q fides non niſi in fidelibus opatur ſalutem. vnde euangeliũ. O mulier fides tua te ſaluã fecit. vnde omnia opa eius ex fide: ⁊ omnia opa que diligit deus ⁊ eternaliter remunerat ex fide ꝓcedũt: que fides eſt a deo: ⁊ oia bona opa ſunt a deo.

¶ Scḋa ꝯclo eſt: q de remiſſione que fit p penitentiã: ſiue de penitẽtia tria credere debem⁹ ſcilicet q eſt creatrix noſtre ſalutis: doctrix veritatis: ⁊ iudicatrix equitatiſ. ¶ Primo credẽdum eſt: q pnia eſt creatrix noſtre ſalutis: qa p eam a deo poſiti longe: appropinquãt ad ſalutem. vnde dicit Ihero. Qḋ ipſa eſt ſecunda tabula poſt naufragium: qꝛ ſi quis veſtem innocentie in baptiſmo pceptam corrumpit peccando: pnie remedio reparare poteſt. Ideo Iohis tertio dr̃. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnũ celoꝝ ⁊c. Unde ſaluatoꝛ in pſona pnie dicit ſe eſſe pncipium. ſ. recreationis. Unde dꝫ ſic legi. Principiũ. ſ. veſtre ſalutis: mee credite ⁊ non moriemini in pectis veſtris.

¶ Scḋo credendũ eſt: q ſit doctrix veritatis. Ipa. n. repellit a mente caliginẽ cauſatã a peccato: vnde magiſter ſniaꝝ dicit. Cum. n. quis mortaliter delinquit ⁊ gratia virtutis priuatur ſi qua pceſſit: ⁊ naturaliũ bonoꝝ eliſionem patitur: vnde intellectus obtunditur: ⁊ totus homo interioꝛ obumbratur: ⁊ ita quaſi caligine q̃dam mens obuoluitur. Hãc vero deus pellit cum pniam immittit p quam bona pdita reſtituit: ⁊ vitiata reparat. vnde dicit. Et loquar vobis: filio vt doctrix. vnde ad hebre. Locutus eſt nobis in filio. Pnia dicitur filia: qꝛ p filij paſſionem generata. ¶ Tertio credendũ eſt q ſit iudicatrix: vnde dicit. Multa habeo ḋ vobis iudicare ⁊ loqui: id eſt a iudicijs pſeruare: qꝛ pater omne iudicium dedit filio: qui p penitentiam ceſſat ſententiam debitã peccato ꝓ delictis. vnde Ambroſius. Pnia dicitur a puniendo: qua quis punit illicita que ꝯmiſit: Alias ſnia extremi iudicij puniret.

¶ Tertia ꝯclo eſt: q huiuſmodi pnie virtus: oſtenditur in exptentia penalitatum: que lꝫ q̃doq3 inchoantibus incutiat formidinẽ: fiducialiter tamẽ debꝫ aggredi: vt in ꝯceptu inchoata viriliter ad finem pducatur: ſed qꝛ vt pꝫ ex pdicedentibus p penitentiam ad dei amicitiam reuocamur: ideo formidine poſtpoſita ad ſuſtinẽdum eius penam: fiducialiter aggrediamur: ⁊ hoc eſt qḋ dicit. Cum exaltaueritis filium hominis. ſ. exaltatione crucis. Tunc cognoſcetis qualis ſit p gloriam reſurrectionis: quaſi diceret. Cum pnia ſit filia hominis chriſti: quã ſua paſſione generauit: cum hec in cruce penalitatis fuerit exaltata: tunc cognoſcetur qualis ẽ reſurrectio peccatoꝛum. vnde pſalmi. Exaltatus autem ſum ⁊ humiliatus. Ad eius. n. efficaciã quinq3 requiruntur. ¶ Primum eſt q debꝫ habere pſeuerantiam. Nam ipſa ſola ſcilicet pſeuerantia pmiũ obtinet. Criſoſtom⁹. Tolle pſeuerantiam: nec obſequium mercedem habebit: nec beneficium gratias: nec laudem foꝛtitudo. Nam non qui ceperit: ſed qui pſeuerauerit ſaluus erit. Et ideo dicit. Quia ego ſuꝫ: quaſi diceret: cetera mihi compata quaſi nõ ſũt qꝛ ego ſola repoꝛto mercedem. ¶ Scḋꝫ quia efficaciam ſuam non habet a ſeipſa: ſed a merito paſſionis chriſti. Et ideo dicit. A meipſo nihil facio. q. d. Sicut a meipſo non ſuꝫ: ſꝫ a merito paſſionis chriſti: ſic meritum non ẽ a me: ſed a dignitate patientis. ¶ Tertiũ eſt: q veritatem efficacie: penitentie: ſaluatoꝛ pdicauit: qui mentiri nõ poteſt. Et ideo dicit. Sicut docuit me pater hec loquoꝛ. Et iḋ ſicut pater mentiri non poteſt: ſic nec ego. ¶ Quartum quia gratia dei ſibi ſemper aſſiſtit: ⁊ ideo dicit: Qui me miſit mecum eſt: ⁊ non relinquit me ſolũ: quaſi diceret. Licet gratia dei ſit donum ſupnaturale: tamen diſponenti ſe ſemper aſſiſtit.

¶ Quintum q ipſa inquantũ ẽ oꝛdinata ſem p eſt ad beneplacitum dei. Beneplacitũ enim dei eſt noſtra ſanctificatio: que tunc pficitur qñ p penitentiam impedimentum remouetur: nihil enim tantũ impedit ſanctificationẽ noſtrã ſicut vita aialis ꝯſequens delectationes coꝛpoꝛales que refrenantur pnie penalitate. E ideo dicit. Que beplacita ſunt ei facio ſemper. Qḋ nobis concedat.

¶ Feria tertia dominice ſecunde q̃dragesime Sermo quinquageſimus tertius.

Up cathedrã moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei. Mat. 23. Secundũ qḋ dicit apoſtol⁹ ad Eph. 4. Non circunferamur omni vẽto doctrine in nequitiam hominũ: vel aſtutia ad circũueniendũ tionẽ erroꝛum: veritatem autẽ facientes in caritate: creſcentes in illo per oia. Qui eſt caput

noſtrum xp̄s. Quod verbū expōnēs beatus
Aug. dicit. Non circūferamur titubantes no/
ſtra debilitate vrgente: oi vento doctrine: pra/
uoꝝ doctrina que eſt quaſi ventus ⁊ tēpeſtas
facta in neqtia hominū, ꝑ qua cecati ſunt ⁊ facte
in aſtutia hominū. i. ꝑ hoies malicioſos in ſe
⁊ in ſimplicium deceptionem: quoꝝ doctrina
fit ad circūuentionem erroꝝ: vt ſub ꝑtextu
veritatis magis decipiant trahentes ad errorē
veritatem autem facientes: quaſi non tales ſi/
mus: ſed potius facientes actus veritatis ideſt
bona ſm doctrinā eius: ⁊ hoc in caritate. Per
oia. i. omni ſpirituali dono: ⁊ hoc in illo: ideſt
illo operante: qui eſt caput noſtrum xp̄s. Ex q̄
expoſitione eliciuntur duo documenta.

¶ Primū documentū eſt: ꝙ ſimilitudo rei
apparentis ad rem exiſtentem cauſa eſt ſimpli
cium circunuentionis.

¶ Secundum documentū eſt: ꝙ in omni ſta
tu mundi talis circunuētio ꝑ ſiłitudinē appa/
rētis boni reꝑitur. vnde Gre. ſup illud Iob.
moralium. 10. dicit. Deridetur iuſti ſimplici/
tas. Sapia. n. huius mundi eſt: vt idem dicit
coꝛ machinationibus tegere: ſenſū verbis ve
lare: ſiue falſa: ſiue vera oſtendere: que ꝟa ſūt
falſa demōſtrare. vnde ſub prudentia mūdi ac
cipit oia que poſſunt ad falſam prudentiam ꝑti
nere. Et ſm hunc ſenſum eſt itroductio euan
gelij pn̄tis: ne ſimplices ſub debilitate tituban
tes apparētis rei ſiłitudine circunueniantur: ⁊
in errorē fidei trahant̄ ſua ꝑmunitione hortat̄
ad predictoꝝ prouidentiam dicens. Super
cathedrā vbi occurrunt due ꝯſiderationes.

Prima conſideratio.

p Rima cōſideratio eſt de lamentabili
circunuētione apparētis boni: que i
oi ſtatu mūdi reꝑit̄. vbi ſt aliq̄ ꝯ͛cs.

¶ Prima ꝯcl'o eſt: ꝙ qdam poſuerūt oēs de/
lectationes eſſe malas: vt ſtoici. Hoc ideo: q2
intentionē ſuā deferebāt ad ſolas delectatiōes
ſenſibiles ⁊ corporales que ſunt magis mani/
feſte. Nam in ceteris intelligibilia a ſenſib9 an
tiqui philoſophi: nec diſtinguebant intellectū
a ſenſu vt dicitur in libro de anima. Delectatio
nes autem corporales arbitramur oēs eſſe ma
las: vt ſic homines qui ad delectationes imo/
deratas ſunt pni ab hijs ſe retrahentes ad me
dium virtutis perueniāt: ſed hec extimatio nō
fuit ꝯueniens: cū nullus poſſit viuere ſine ali
qua ſenſibili ⁊ corporali delectatione.

¶ Secunda ꝯcluſio eſt: ꝙ ſimilitudo eſt cau/
ſa circunuentionis. Nam circunuentio cauſat̄
ex hoc ꝙ bonū apparens loco boni veri ſe ſimi
litudinarie ſepe repreſentat. Hoc. n. declarat̄
Nam obiectū delectationis eſt bonum: ſ3 bo
num aliud eſt apparens: aliud veꝝ: ⁊ iō opoꝛ/
tet etiam ꝙ delectatio ſit diuerſificetur. ſ. ꝙ alia
ſit bona ⁊ alia mala. Sed q2 ſimilitudo eſt cau
ſa delectatiōis. vnde ſicut delectatio errans in
bono apparenti circūfertur: ſic ⁊ ſimilitudo cau
ſans delectationē cauſat circunuentionē. Qd
autem ſimilitudo eſt cauſa delectationis: pꝫ: q2
ſimilitudo eſt cauſa amoris: ⁊ amor eſt cauſa d
lectatiōis. Igitur ⁊ ſiłitudo eſt cauſa delectatio
nis nihilominus cauſans circunuentionē.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ licꝫ falſa doctrina ſit picu/
loſa mutatione: eſt tn̄ multum vtilis vitatione
q2 ſicut dꝫ Augu. Nihil amari poteſt niſi co/
gnitum: ſic etiam nec aliquid vitari poteſt niſi
cognitum. vt igitur vitia vitemus: opꝫ vt eoꝝ
notitiam habeamus. q2 ſm Grego. Tolera/
bilius mundi mala ſuſcipimus: ſi contra hec ꝑ
ꝓudentie clipeū munimur. vnde dicit. Oia
que dixerint vobis ſeruate ⁊ facite ſm opa eo/
rum nolite facere. q. d. Doctrinā eoꝝ debem9
in mente ſeruare quo ad eorum notitiā: ⁊ fa/
cere. ſ. eorum vitationē: que valet ad noſtram
vtilitatem. Sed ſm opa eorum nolite facere:
ſcilicet eorum imitatione ea perficiendo: ⁊ i eis
delectando. vnde gloſa ibidē dicit. Tales do
ctores audiri debent: non imitari.

¶ Quarta ꝯcluſio eſt: ꝙ quatuoꝛ vitia carnis
ſunt. ſ. prudentia: aſtutia: dolus: ⁊ fraus: que
ſunt in quatuoꝛ reprehēſibilia: in quibus ſunt
non imitanda. ¶ Primū eſt defectus opera/
tionis bone: q2 dicunt ⁊ non faciunt. Ratio ē:
Nam ad virtutem veritatis ꝑtinet: vt aliquis
talem ſe exhibeat exterius: qualis ē interius: ſi
gna autem exteriora nō ſolum ſunt verba: ſed
etiā facta. Igitur ⁊c. vnde Criſo. dicit. Fidē
predicant ⁊ infideliter agunt. Pacem dant: ⁊
ſibi non habent. Veritatem laudant: ⁊ menda
cia diligunt. ¶ Secundum eſt auctoritas pre
lationis: quia imponūt onera grauia alijs. vn
de Criſoſtomus. Circa vitam tuam debes eē
auſterus: circa alioꝝ benignus: Audiat te do/
minus parua mandantē: ⁊ grandia facientem
Nam melius eſt de miſericordia reddere rati
onem: q̄ de auſteritate. vbi paterfamilias lar/
gus eſt: ibi diſpenſator non debet eſſe tenax.

¶ Tertium eſt oſtentatio in operatione: qua
oia opera ſua faciunt. Gloſa. Duplici ratione

ab his attendere iubet ne eoꝝ ſimulatione ſedu
camur: τ eoꝝ emulatione inflāmemur. Simu
latio eſt in opere: emulatio in voluntate. vnde
dicit. Dilatāt philateria ſua: ideſt chartas frō-
ti eoꝝ ꝓ ſimulatione impoſitas in quibus de-
ſcriptus erat decalogus: male interpretātes il-
lud deut. 6. Ligabis ea in manib⁹ tuis.: τ erūt
¶ Primuꝫ eſt contritio: que declaratur in miniſterio humane redemptionis: qꝺ fuit neceſſarium ad humanam ſalutem. Joannis. xj. Expedit vobis: vt vnꝰ moriatur homo. Et tamē in iſto ſacramento actus contritionis aie chriſti quem in cruce habuit de noſtris peccatis maxime dicitur fuiſſe ſalubris: qꝛ paſſio aie eſt fortior: ⁊ ad merendum efficatior indulgentiam ꝙ̄ paſſio corporis. Qꝺ autem xp̄s fuit cōtritus habetur Math. 26. Triſtis eſt anima mea ⁊c. Et iſta triſtitia de peccatis noſtris fuit: ⁊ in virtute illius contritionis xp̄i: habent virtutē oēs noſtre contritionis alie ad delendum peccata. vnde Iſid. 61. Spiritus domini ſup me. Sequit̄: Et ꝗ miſit me vt mederer cōtrictos corde ¶ Secunda eſt confeſſio: nam de peccato mortali facit veniale: qꝛ pro peccato mortali debetur eterna pena. Hanc mutat in temporalem. vnde Aug. Fit veniale per confeſſionem qꝺ fuit criminale per operationē. Et ideo deſcribitur ſic. Confeſſio eſt ꝓprij ſceleris faſſio ꝓcedens ex corde contrito: illi cui auctoritas abſoluendi eſt conceſſa ad peccati deletionem: ⁊ ad gratiā promerendum. Per hoc qꝺ dicit. Confeſſio eſt proprij ſceleris faſſio: innuitur ꝙ debet ꝯfiteri propria peccata: ⁊ nō tantum peccatum: ſꝫ etiam circumſtantias peccatoꝝ. Per hoc qꝺ dicit. Procedēs ex corde ꝯtrito: innuit̄ ꝙ ꝯfitēs in ꝑncipio ꝯfeſſionis debet oīa peccata premeditari: qꝛ contritio ſupponit cognitionem: ⁊ nihil ꝯteritur: niſi cognitū. Et ꝑ hoc qꝺ dicit. Illi cui auctoritas abſoluendi eſt conceſſa: innuit̄ ꝙ confeſſio debet fieri proprio ſacerdoti. i. qui auctoritate pape ē approbatꝰ: ſiue de iure ꝯmuni: vt curatus. ſiue fratres ꝑuilegiati: vt minores ⁊ ꝑdicatores. Per h̄ qꝺ dicit. Ad pctī deletionem: innuit̄ ꝙ ꝯfeſſio oñdit ꝯfitentem abſolutum: ꝑ ꝯtritionem mutans penam eternā peccati mortalis in tp̄alem. Et ꝑ hoc qꝺ dicit. Gratia opante: innuit̄ ꝙ lꝫ ſacramenta veteris legis merebant̄ deletionē culpe: tm̄ gratiaꝫ nō meruerunt. Et hoc facit confeſſio. ¶ Tertium eſt ſatiſfactio: q̄ ſtricto mō ſumpta eſt opatio exterior laborioſa ⁊ penalis volūtarie aſſūpta: ad puniendum pctm̄ ꝯmiſſum: ⁊ ad placādum diuinam offenſam. Intelligenduꝫ tm̄ ꝙ ſeptem ſunt: in qbus ꝯſiſtit ſatiſfactio. ¶ Primum eſt feruor caritatis: queꝫ deus magis acceptat ꝙ̄ quodcūqꝫ opus laborioſum. ¶ Secūm eſt ꝯtritio cordialis: quā deus in tm̄ acceptat: ꝙ totam aliqñ penaꝫ relaxat. ¶ Tertiū eſt in ꝯfeſſione humilitas ꝓprie abiectōis: recognoſcēdo corā hoie tot vilia: ⁊ tollit magnaꝫ ꝑtem de pena. ¶ Quartum eſt de pctō verecundia: q̄ etiā tollit de pena. ¶ Quintū eſt corporis maceratio: que fit ꝑ ieiunium. ¶ Sextū eſt orō: que menteꝫ hꝫ eleuare in deum. ¶ Septimū eſt alioꝝ neceſſitatibus ſubuenire: qꝺ fit ꝑ elemoſinā. Et h̄ eſt qꝺ dicit. Et cum eieciſſet demoniuꝫ: locutus eſt mutus. ¶ Primo neceſſe eſt: vt eijciat̄ demonium ꝑ ꝯtritionem: ⁊ ſic poſt ꝗ mutus fuit: loquit̄ ꝑ ꝯfeſſionem. Et admirate ſunt turbe ſatiſfactionis efficaciaꝫ: q̄ ſua virtute tollit oēm penam pctō debitā. Contritio enim cordis naturalr̄ ꝑcedit ꝯfeſſionē. vñ ſi eiectuꝫ nō fuerit demoniū: non loqt̄ mutus. Et ſi non ꝑcedit ꝯtritio: non eſt vtilis ⁊ efficax ꝯfeſſio: ⁊ ꝑ ꝯñs ſatiſfactio non tollit penā.

Tertia ꝯſideratio.

Tertia ꝯſideratio eſt de impugnatiōe iudeoꝝ: quorum malitia xp̄i pietas impedit̄: ibi. Quidam autem ex eis. vbi ſunt due concluſiones.

¶ Prima ꝯclō: ꝙ quidam poſuerunt ꝙ duo eſſent ꝑncipia. Unum bonoꝝ ⁊ aliud maloꝝ qꝛ ꝯtrarioꝝ effectuuꝫ ꝯtrarie ſunt cāe. Sed in rebus inuenit̄ contrarietas: ꝑꝫ illud eccl'i. 33. Contra bonum malū eſt: ⁊ ꝯtra vitam mors. Igitur ⁊c. In hunc errorē inciderunt manichei: qꝛ non ꝯſiderauerunt cām vniuerſalē totius entis: ſed particulares tm̄ cauſas particularium effectuum.

¶ Scđa ꝯclō elicit̄ ex iſta. ſ. ꝙ aliqꝫ ꝓpter iſtaꝫ poſitioneꝫ iam dictā dicebant in alio: ꝙ̄ in virtute dei poſſe demonia eijci: ſeu vitia eſtimantes ſe vnū pctm̄ ꝑ aliud eliminari poſſe. Quorum ratio ꝑma. Omne vitium a iuſtitia eſt diſtinctum. Igit̄ rōne iniuſtitie vnuꝫ expellit reliquuꝫ. ¶ Item 2ª puer. 13. dicit̄. Inter ſupbos ſunt ſemp iurgia: ⁊ tales non ꝯpatiunt̄ ſe mutuo. Et h̄ eſt qꝺ dicit. Quidā ex eis. ſ. errore decepti: de ꝑncipijs: vt dictum eſt dixerunt ꝯfirmātes ipm̄ in belzebub. ſ. vnuꝫ vitiū poſſe expellere aliꝺ ꝑꝑ ꝯtrarietatem: vt auaritia ꝓdigalitatem. Intelligenduꝫ tm̄ ꝙ lꝫ plura vitia ꝑꝑ aliquā ꝯnectionē ꝑñt eſſe ſimul in eodē: puta ꝙ aliqꝫ pōt eſſe ſil' cupidus ⁊ luxurioſus: hꝫ tm̄ bene ꝯtrarios actus: vt ꝓdigalitas ⁊ auaritia: rōe cuius aliqñ vnū vitiuꝫ expellit reliquū quo ad actum: non quo ad hitum: qꝛ ſemp manet hitus in aīa cuiuſlꝫ pcti: qꝛ hitus non tollit habitū: lꝫ actus actuꝫ. Ubi eſt ꝗ aliqꝫ luxurio

ſuis: audit alios multū ↄmendari de caſtitate:
⁊ deſiderat vt ſilr ↄmēdet̃: ⁊ incipit ↄtinere ſe
⁊ ↄſeq honores: ibi ſupbia eijcit luxuriā: quo
ad actum. Sic ⁊ ypocrite: q ieiunāt ad vanā
gl'iam. Et frequenter ↄtingit ꝙ ex h accidit bo
nū. ſ. ꝙ ſic ex toto qs eripit̃ ex pctō. verbi grā
vt tandē qs ceſſat a luxuria: ⁊ remanet in caſti
tate: ⁊ ambit vanam gl'iam vana cogitans: ple
runqꝫ ↄtingit talē ad cor redire: ita ꝙ pp mo
dicum vane gl'ie nō vult tantū bonū amittere:
ne dicat̃ ſibi illd gal. 3. Tāta paſſi eſtis ſine cā

Quarta ↄſideratio.

q Uarta ↄſideratio eſt de refutatōe xp̄i
cuius ſapia vitiorꝫ repugnatio retun
ditur: ibi. Ipſe aūt vt vidit cogitatōes
eorꝫ. vbi occurrunt due ↄcluſiones.
¶ Prima ↄclō eſt: ꝙ lꝫ ↄtrarietate vitiorum
vnū expellat reliquū: tñ h nullo mō pōt eē ſi
ne aſſiſtentia gratie ſpūs ſancti. Ad qd ꝓban
dum adducunt̃ quatuor rōes. ¶ Prima eſt.
Omnia gnā pctōꝝ ſicut militant ſub demone
tanqꝫ ſub capite ſuo: ſic oia ſibi inuicē ↄiuncta
ſunt: ⁊ faciunt vnum regnum non diuiſum
qd ſi diuideret̃: deſolaretur. Igit̃ qd eſt cā di
uiſionis: eſt cauſa deſolatōis. Sed gratia ſpi
ritus ſcti eſt cā diuiſionis. Ipā. n. in aīa cāt vi
tiorum diſplicentiā: ⁊ eoꝝ inuicem ↄdictionē
Nam ſm Augu. gratia ⁊ pctm̄ opponunt̃: ſi
cut lux ⁊ tenebre. vnde gratia in anima cauſat
virtutes: quaꝝ ↄſideratio facit vitia diſplicere
⁊ eoꝝ pñſentia eſt eis ↄdictoria. Sequit̃ ergo
ꝙ gratia ſpūs ſancti eſt cā deſolatōis regni vi
tiorum. Hanc ↄdictionem in vitijs intēdit do
minus dicens. Omne regnum in ſe diuiſum
deſolabit̃: qꝛ ↄtingit ꝙ vnum vitium eijcit ali
ud ꝓpter ↄrietatem: quam cāt gratia inter ea.
¶ Scḋa ratio eſt cauſa ꝑmaria: cū ſit magis
influens in ſuum cauſatum: qꝫ cā ſcḋaria ſm
magiſtꝝ de cauſis. Quicqd pōt deus p cauſā
ſcḋariam: pōt abſolute. Sed filij veſtri. ſ. apl'i
quos ↄfirmauit virtus gratie ſpūs ſancti. ſ. p
exorciſmos eijciunt demonia. Quare magis
ꝑncipaliter hoc pōt gratia: ⁊ non princeps de
moniorū. vñ dicit. Si ego in belzebub eijcio
demonia: filij veſtri ⁊c. ¶ Tertia ratio eſt.
Omnis opatio ſpūs ſancti eſt ſubita: pꝫ ſm il
lud actu. 2. Factus eſt repente ⁊c. ⁊ oīs opera
tio alia eſt ſucceſſiua. Sed eiectio vitioꝝ eſt ſu
bita. Igit̃ ⁊c. Quia ſi in belzebub eijcio demo
nia. ſ. vitia: pfecto. i. in iſtanti venit in nos re
gnum dei. i. grā ſpūs ſancti: expellens vitia: q̄
in aīa facit regnum dei. Qd aūt opatio ſpirit⁹
ſancti ſit ſubita: pꝫ. Nam qn̄to virtus agentis
ſit fortior: tanto mā citius diſponit̃. Cum igit̃
virtus diuīa ſit infinita: pōt qualꝫ mām creatā
ſubito diſponere ad formā: ⁊ mlto magis libe
rū arbitriū. vñ dic̃. Porro ſi in digito dei eij
cio demonia: ꝑfecto in vos puenit regnū dei
¶ Quarta ratio eſt. Nam ad h ꝙ aliqs quie
te poſſideat domiciliū ſuum: opꝫ eum armis ⁊
munitionibus ꝑmuniri: vt eo fortior reſiſtēs
ſecurius recipiat inimicoꝝ inſultus. Sic etiā
ad h vt aliqs impugnando inimicū ſuum poſ
ſit qd iniuſte poſſidet acqrere: requirit̃ etiā ꝑ
munitio armoꝝ. Gratia. n. hꝫ aīam munire
ad modū armature. Sicut hō exterius nō pōt
reſiſtere ſine armatura. Sic interius ſine grā
qui ſemp tēptatione ſuccūbit. Et qn̄ homo eſt
armatus nō ſolū pōt reſiſtere: ſed etiā ſupare
inimicum. Ita exiſtens in gratia ⁊c. vnde ad
ephe. 6°. Induite vos armatura dei. Et h eſt
qd dicit. Cum fortis armatus. Diabolus eſt
fortis. Job. xj. Non eſt ſup terrā ptās: que ei
valet ↄpari. Arma eius ſunt oia: qbus impu
gnat hoies. ſ. temptatōes ⁊ peccata. Pulchri
tudo creaturaꝝ exēpla mala: qbus vtit̃ vt ar
mis: qꝛ abſqꝫ ↄſenſu noſtro nos vulnerare nō
pōt. Atrium ſuū. i. pctōres pacifice poſſidet.
Sed tamen non eſt deſpandum: qꝛ male fidei
poſſeſſor eſt: nec iuſtum hꝫ titulū ſue poſſeſſio
nis. Fortior armat⁹ eſt xp̄s: cuius arma ſunt
ſignum crucis: ⁊ ſacramēta: q̄ fiunt in virtute
crucis. Hic fortis diabolum vincit ⁊ ligat: cū
ptātē eius impedit. Arma eius aufert: cū pec
cata p gratiā deſtruens: oēs vires interioris
hominis: ⁊ ſenſus exteriores: qui prius erant
arma ⁊ vaſa diaboli in obſequium ſuum ↄuertit
vnde concludit. Qui non eſt mecum: quaſi di
ceret. Diabolus nō eſt mecum: id eſt de meis
ↄſentiētibus: quare contra me eſt. Et ideo per
ipſum non eijcio demonia: ſed potius habeo
ipſum eijcere: vt mihi ↄriū. Et qui non colli
git mecū diſpgit: quaſi diceret. Bonitas dei
eſt colligere: ſꝫ diaboli diſperdere. Igitur mi
hi contrarius eſt.
¶ Secunda ↄclō eſt: ꝙ maxime cauendū eſt
de recidiuo: cum inimicus inſidiat̃: ⁊ habeat
naturalia integra. De iſta cōcluſione vide ple
nius ⁊ de expoſitione textus: qui eſt. Cū im
mundus ſpiritus ⁊ cetera.
¶ In quarta ↄſideratōe in expoſitōe euāgelij
ferie q̄rte poſt dominicā ꝑmā qdrageſime.

Quinta ꝯſideratio.

Uinta ꝯſideratio ē de noue vite inſtillatiōe ex pte ſpūs ſcti cuiꝰ opatiōe pfectio virtutū inſerit: cū dr ibi. Factum ē autē cū hec. vbi occurrunt. 4. ꝯclones.

¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ inter omnes creaturas ſolus homo ē beatificabilis. Ratio ē: qꝛ beatitudo denominat adeptionē pfecti boni. Quicūq ergo eſt capax pfecti boni: eſt beatificabilis Homo eſt huius: qḋ apparet: quia eius intellectus poteſt apprehendere vniuerſale ⁊ pfectū bonū: ⁊ eius volūtas appetere illud. Et ideo homo eſt beatificabilis. vnde Pſal. Beatus homo: quē tu erudieris dñe. Et hoc eſt qḋ dic Factū eſt cū hoc dixiſſet. ſ. ꝯmuniens ꝯ recidiuū. Factū eſt. i. nobis manifeſtū eſt. ſ. humanā nām beatificabilē. Ex quo eliciunt due veritates. ¶ Prima eſt quantū ad ipm bonū beatitudinis: quo ad eius obiectum: ⁊ cauſaꝫ nullus eſt beatior reliquo: qꝛ nō ē niſi vnū ſummū bonū. ſ. deus cuius fruitione homines fiūt beati. vnde dicit Mat. 20. ꝙ omnes q opati ſūt in mea vinea: acceperunt ſingulos denarios. ⁊ ſm Gre. Equalē eterne vite retributionem ſortiti ſunt. ¶ Secunda veritas eſt: ꝙ q̄ꝫtum ad huius boni fruitionē pōt vnus fieri potior alio: qꝛ quāto magis aliquis hic bono frui pōt tanto magis ē beatificabilis: ſꝫ hoc in vno magis ꝯuenit ꝓpter meliorē diſpoſitionē ad fruitionē. vnde Joannis. 14. dicit. In domo patris mei māſiones multe ſunt: p q̄s ſm Aug. diuerſe meritoꝝ dignitates. i. beatitudines intelligunt. Iſte veritates intelligunt. Per hoc qḋ dicit. Extollēs vocē quedā mulier. Quaſi diceret ꝙ quilibet hꝫ facultatem ad pniam: q̄ intelligit in muliere: que interpretat mollis aer: ⁊ humilitatem: que eſt oium virtutum cuſtos: que intelligit in turba humilium. Talis exñs hijs virtutibus ad beatitudinē diſpoſitus: poteſt extollere vocem diuine laudis propter gratiam beatificantem.

¶ Scḋa ꝯclō eſt: ꝙ btitudo ſolum habet per opationem gratie ſpūs ſancti: ſm illud pſalm. Gratiam ⁊ gliam dabit dñs. Patet: cum oīs creatura nāe legibus ſit ſubiecta: vtpote habēs limitatā virtutem ⁊ actionem: illud qḋ excedit nām creatā: non pōt fieri a virtute aliciꝰ creature. Et iō. ſ. fieri opꝫ ꝙ ſit ſupra nāꝫ. Hoc fit imediate adeo vt ſuſcitatio mortui: ⁊ illuminatio ceci. Sꝫ btitudo eſt quoddā bonū excedēs nām. Igit̄ ipoſſibile eſt: vt p actionē alicuius creature ꝯferat. Sꝫ hō fit beatus ſola grā ſpiritus ſcti agēte. Et h̄ eſt qḋ dicit. Beatꝰ venter q te poꝛ. q. d. beata mens: q̄ xp̄m ſpūalr ꝯcepit Nā ꝑꝫ btūꝫ Leonē btā virgo ꝑus ꝯcepit xp̄ꝫ in mente: q̄ꝫ carne: ⁊ beatior erat in ꝯceptione mentis. Qḋ pꝫ. Naꝫ ꝯceptio ſpūalis eſt regeneratio mentis nr̄e p gratiā ſcti ſpūs mundantem vel ſctificantem: ⁊ in bonis ꝯfirmantem. vñ ninuit ꝙ i tali mūdatione ſiue ꝯceptione fit mundatio a culpa: ꝓſeruatio in bono: vt non poſſet qs mortalr peccare: ⁊ ad venialia minꝰ eum fomes inclinare. Ex quo eliciunt due veritates. ¶ Una eſt ꝙ in hac vita pōt hri aliq̄lis ꝑticipatio btitudinis. vñ hoies reputant in hac vita aliq̄leꝫ btitudineꝫ pp aliquā ſilitudinē vere btitudinis. Unde pſal. Beati imaculati in via ⁊c. Glo. Propter ſpem btitudinis adipiſcēde in futuro. Ad Ro. 8. ſcribit. Spe ſalui facti ſumus. Et h̄ eſt qḋ dicit. Et vbera que ſuxiſti. Iſta vbera duo ſunt. ſ. ſpes future btitudinis: ⁊ ꝑticipatio fruitionis. ¶ Scḋa veritas eſt: ꝙ pfecta ⁊ vā btitudo cū ſit pfectū ⁊ ſufficiens bonū: omne malum excludit: ⁊ oē deſiderium implet. In hac vita non pōt omne malum excludi: quia multis malis vita ſubiacet: que non poſſunt vitari.

¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ ſignuꝫ diue ꝓdeſtinationis eſt audire dei vbuꝫ: ⁊ reprobatōis eſt nō audire. vnde dicit. Quinimo beati q audiunt verbum dei: ⁊ cuſtodiunt ⁊c. ¶ Ratio ꝑmi ē qꝛ audire verbum dei eſt p effectum opis oīa: que ꝯriant fini vltimo vincere ⁊ ſupare. vnde Johis. 2. ſcribitur. Omne qḋ natuꝫ eſt ex deo vincit mundum. Uincere aūt mundū eſt tēdere in finem vltimuꝫ. Igit̄ h̄ eſt ſignum eterne ꝓdeſtinationis: ſicut effectus eſt ſignū ſue cāe.

¶ Ratio ſecundi eſt: qꝛ ad reprobationeꝫ ſequitur obduratio: ⁊ nolle audire verbū dei: ſignū eſt eterne obdurationis: qꝛ aial' hō non pcipit ea: que ſpūs dei ſunt. Jaco. ꝑmo. In manſuetudine ſuſcipite verbum ⁊c.

¶ Quarta ꝯclō eſt: ꝙ p verbuꝫ diuinum cuſtoditum tria bona ꝯſequunt. ¶ Primum eſt: cuſtodit innocentiaꝫ a culpa ꝓſeruando. vnde ꝓuer. 12. Ueritas iuſtitie cuſtodit viam innocentie. ¶ Scḋm eſt qꝛ pfecte voluntatē nr̄aꝫ ꝯformat voluntati diuine. Nam voluntas diuina vult omnes hoies ſaluos fieri. Sꝫ h̄ docet ſermo diuinus. Johis. 8. Si māſeritis in ſermone meo: veri diſcipli mei eritis. ¶ Tertium eſt: ꝙ ordinat nos in deum ſm triplicem

virtutem. ſ. per fidem verū cognoſcendo: per
ſpem in bonum arduū tendendo: ꝑ caritatē di
uinum bonū ſimplr̄ diligendo. ¶ Primū ꝓ
batur ex eo ꝙ obȝ diuini ſermonis eſt ꝑma ve
ritas: de quo Johes. Sermo tuus veritas ē
id eſt de ꝑma veritate obe. ¶ Scd̄m pȝ de ſpe
que eſt reſpectu boni ardui. Cum. n. finis vl
timus trāſcendat facultatē humane nāe: eo ꝙ
ex puris nālibus acqri non pōt: ſi abſqȝ doctri
na verbi dei relicta fuiſſet: deſparet obtinere
hunc finem. Jdeo vt ꝑ ſpem in bonū arduum
tenderet: videt̄ poſſe accipi: ꝙ ſermo diuinus
neceſſarius fuit. Ro. 8. ſcribit̄. Queeūqȝ ſcri
pta ſunt: ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt.
¶ Tertium pȝ de caritate. Quid in tantū ac
cendit in caritate dīna: ſicut ſermo diuinus?
Tota. n. doctrina xp̄i ad dilectionē dei ordina
tur ⁊ xp̄i. Dilectio. n. dei eſt finis ſacre ſcriptu
re. Et ſic pȝ quō ſermo dinus ſm̄ triplicē vir
tutem ordinat nos in deuȝ. vn̄ Jaco. p°. dicit̄
Eſtote factores verbi ⁊c. vnde beati q cuſtodi
unt illud. q. d. Non ſoluȝ ſufficit gratiā dei re
cipere: niſi receptam conſeruare ſtudeas.

¶ Feria 2ª dn̄ice. 3. q̄drage. Sermo. 59.

d Jrerūt pha
riſei ad ieſuȝ. Luc. 4. Se
cundū qd̄ dicit Ber. Ve
nit enim filius dei: ⁊ tot: ⁊
tanta mirabilia opatus ē
in mundo: vt imerito itel
lectum noſtrū ab omnib⁹ vitijs mūdanis reuo
caret. Quis enim cogitare ſufficiat qualiter de
us preuenit nos: ſubuenit nobis: ⁊ voluit mo
ri: vt nos viueremus ſeruire: vt regnaremus
exulari: vt repatriaremus: ⁊ vſqȝ ad ſeruiliſſi
ma opa inclinari: vt conſtitueret nos ſup omia
opa noſtra: Hoc eniȝ ↄgruebat nobis. Nā cū
humana natura nimiū eſſet vulnerata: puta er
rore diſcernendi: difficultate operandi: ⁊ ꝓni
tate ad maluȝ: ⁊ impotentia ad reſiſtendū: indi
guim⁹ merito fideli medico: qui ꝓ noſtris vul
neribus medēdis ↄficeret medicinā. Hoc eni
fecit xp̄s de quo eccleſiaſtici. 27. ſcribit̄. Altiſſi
mus de terra creauit medicinā: ⁊ vir prudens
non abhorruit eaȝ. vnde creauit de terra. ſ. cor
poris ſui medicinā. ſ. ſacramenta que virtuteȝ
⁊ efficaciam habent a paſſione: quā ipſe ꝑtulit in
corpore ſuo: que attulit nobis fructū redempti
onis: ⁊ efficaciam medendi languorib⁹ aiaruȝ
Sed vir prudēs nō abhorrebat eā ſȝ de nouo
ſuſcipit eam. Inſanus. n. merito reputaret̄ in
firmus: q medicinam morbi expulſiuam: ſani
tatis collatiuā: nāe ↄfortatiuā abijceret: ⁊ eam
nō ſollicite cuſtodiret. Et ideo in p̄ſenti euāg°
moralr̄ intellecto occurrunt nob in vl'i qnatuor
ↄſideratōes. Prima ↄſideratio.

p Rima ↄſideratio eſt de humane nāe
infirmatiōe: ibi. Quanta audiuim⁹
fa. in ca. circa quā ſunt tres ↄclōnes
¶ Prima conclo eſt: ꝙ in humana nā eſt q
dam appetitus ſenſitiuuſ: qui dicit̄ ſenſualitas
que eſt corrupta per originale peccatum: ⁊ in
ordinata delectatio ſiue libidinoſa: que ex ea ꝓ
cedit: de qua dicit̄ Romanoꝝ. 5. Non enim
ꝙ volo bonum hoc facio: ſed ꝙ odi malū hoc
facio. Quod exponit beatus Auguſtinus de
malo concupiſcentie: quod conſtat eſſe motuȝ
ſenſualitatis. Motus huius ſenſualitatis ſm̄
impulſum fomitis tendit impetuoſe ad fruitio
nem creature delectabilis.
¶ Secunda cōcluſio eſt: ꝙ ſanctitas vite per
motus ſenſualitatis ſepe periclitatur perducē
tes ad peccatum: de quibus diſtinguit Henri
cus de gandauo per gradus peccati dicens.
¶ Primo ex fomite fit motus quidam titilla
tionis in carne: quem apprehendit ſenſus exi
ſtens in carne: per cuius apprehēſionē primo
mouetur appetitus ſeſitiu' cōiunctus motu de
lectationis. ¶ Secūdo motu deſiderij ad ꝓſe
quenduȝ illud in opus. Et in hoc terminatur
motus primo moti. ¶ Poſtea hunc motū in
appetitu apprehendit ratio ſimplicis intelligē
tie: per cuius apprehenſionem cōmouet̄ volū
tas motu delectationis delectando appetitui.
¶ Quarto motu in delectatōe ↄſentiendo ⁊c.
¶ Tertia concluſio eſt: ꝙ neceſſarium eſt ꝙ
hec ſenſualitas a fluxu concupiſcētie reſtringa
tur. Nam ipſa perturbat multiplr̄ rationem.
¶ Primo. ſ. per colliſionem multipliciū paſ
ſionum: ¶ Scd̄o ꝑ vehementiā deſiderioꝝ.
¶ Tertio per fallaciam circumueniendo iudi
cium rationis. ¶ Quarto per ſollicitudinem
⁊ diſtractionem temporalium bonorum.
¶ Quinto per fantaſmatū inundationem.
¶ Sexto per temptationum vehementiā. vn̄
celeſtis medicus ſingl'is qbuſdā motibus ſeu
conturbationibus obuiantia adhibet medica
menta. Unde Auguſt. Magnus venit me
dicus: quia magnus vbiqȝ iacebat egrotus.

Et hoc eſt qd dicit. Quanta audiuimus facta ⁊c. Per capharnaū caro intelligitur. vnde Luc. 4. dicitur. Et tu capharnaū vſq₃ in celu₃ exaltata es: vſq₃ in īfernu₃ demergeris. Glo. Exaltata es ſupbe reſiſtēdo mee pdicationi. Et iō maioribus ſupplicijs pūieris: q₃ credē noluiſti

Secunda conſideratio.

s Ecunda cōſideratio eſt de ſpirituali dicamie ꝯfeſſionū: Cū dr̄. Fac hic ⁊ in pr̄ia tua. vbi occurrūt. tres ꝯ°es.

Prima ꝯclō eſt: q₃ celeſtis medicus ſm cōditionē vulneꝝ medicamenta ordinauit. Culpa. n. deu₃ offendit: natura₃ ledit: ⁊ offendēdo deum hoīes gratia expoliat: ⁊ ledendo naturā vulnerat naturalia. His ꝯditionibus ꝯſideratis xp̄s ordinauit ꝯuenientia medicamenta: que ſunt ſacramenta. Illa. n. deum placant: ⁊ placando faciunt ꝓpicium. Impetrant gratiā: ⁊ veſtiunt hoīem ſpoliatu₃: ⁊ hoīem īfirmu₃ ſua curant virtute: ⁊ reparāt naturalia: in cuiꝰ figura p̄ceperat Moyſi deus: vt faceret tymiama compoſitum opera pigmentarij.

Scđa ꝯcluſio: cum oīa ſacramenta habeāt vim placatiua₃ ⁊ ſanatiuā: tn̄ ſacramentum cōtritiōis eſt magis opportunū. Nam medicina ē ſūme opperatiua: qn̄ ē vallata quadruplici circunſtantia. Prima qn̄ eſt facillima. Nam iſta medicina ꝯtritionis que inſtituta eſt ad curandum plaga₃ peccati mortalis: eſt facillima Quia ſm Aug. Nihil ita eſt in poteſtate volūtatis ſicut actus eius cuius ſignu₃ eſt. Quia l₃ aliqua creatura poſſet nos inducere: nulla tamen ꝓrſus poteſt nos cōpellere vel impedire ad volendū: ⁊ q₃ p actum volēdi ſeqtur attritio Ideo nihil eſt ſic in poteſtate voluntatis ſicut ꝯtritio: ⁊ ſic iſta medicina eſt facillima. Secundo qn̄ eſt celerrima: ſic ꝯtritio q₃ nō tardat hora nec momētu₃: ſed in eodem tempore quo applicatur ſanat: Sicut ſol emittit radiū ſuum. Tertio qn̄ eſt integerrima: ſic cōtritio. Q₃ impoſſibile eſt vnum vulnus peccati mortalis ſanari: quin oīa ſanentur cū gratia diuina ſit indiuiſa. Quarto qn̄ eſt ſaluberrima: ſic contrio. Quia non ſolū plagam curat: ſed etiā gratiam: que eſt ꝑfecta vita ꝯfert ⁊ ſanitate₃ anime inducit: ⁊ deinde in poſteru₃ a peccatis preſeruat. Pſal. Sanat ꝯtritos corde: q̄ntum ad peccatoꝝ purgationem. Et alligat ꝯtritiōes eoꝝ quantum ad peccatorum preſeruationem.

Tertia ꝯcluſio eſt: q₃ l₃ ꝯtritio ſit medicina ſine qua nullo modo ſanitas ſp̄ualis haberi poteſt: tamen per quatuor impediri poteſt.

Primu₃ eſt ꝯſcientie induratio. Sunt. n. alique anime dure intantū: vt ſicut ſaxa nec cōpunctione: nec inſpiratione valeant imutari: ſicut iudei: ⁊ tales non ſunt idonei ad ꝯtritionē: ſed ad reprobationē. Eccle. 3°. Cor durū male habebit in nouiſſimo. Scđ₃ eſt ꝯſuetudo firmata. Conſuetudo. n. peccandi in potentia ita firmat habitum malū: vt ponat impoſſibilitatē conuertēdi. Ihere. 13. Si poteſt ethyops immutare pelle₃ ſuā: ⁊ pardus varietate₃ ſuā ⁊c.

Tertiu₃ eſt diſſenſio ꝓuocata: qn̄. ſ. eſt pugna inter vires intellectiuas ⁊ ſenſitiuas: quaſi bellum inteſtinū: de quo apoſtolus. Caro concupiſcit ⁊c. Quādo autem paſſiones ſunt ſedate: tunc aīa eſt idonea ad ꝯtritionem. quia paſſiones incitant ad contrarias delectationes.

Quartū eſt innocētia eſtimata: q₃ qn̄ aliqs cum ſit peccator eſtimat ſe falſa opinione innocentē: tunc non poteſt ad pn̄iam flecti. Sicut infirmus non vult recipe medicinam qn̄ nō eſtimat ſe egrotū. vt p₃ in freneticis. Iher. 2. Dixiſti innocens ⁊ abſq₃ peccato ego ſum. Ideo inquit deꝰ. In iudicio ꝯtendā tecu₃. De hijs igitur dr̄. Fac ⁊ hic ī pr̄ia tua: quaſi diceret: facta tua p tuam paſſionē ſunt in patria. i. in deuota mente que patria xp̄i dicitur. Nam ſicut parentes xp̄i dicuntur qui faciunt voluntatem patris eius: ſic ⁊ patria xp̄i dicitur mens deuota: in qua ꝑficitur voluntas patris. vn̄ Matt. 13. Veniens in patriam ſuam docebat eos: ſ₃ a ꝓphete ꝯtradicitur. Nec acceptus ē in patria ſua: vbi hec quattuor impedimēta dominant̄.

Tertia conſideratio.

t Ertia ꝯſideratio eſt de recipientium diuerſa diſpoſitione: ibi. Multe vidue: vbi ſunt tres concluſiones.

Prima ꝯclō eſt: q₃ ſollicitudo huius ſeculi tollit idoneitatē diſpoſitionis in recipiente medicinam. Aliud eſt temporalia habere: ⁊ aliud eſt de hijs ſollicitudines habere. Primu₃ non prohibetur: quia eorum vſum non requirit neceſſitas vite: ſed ſollicitudo de diuitijs ⁊ amor eorum: ſcilicet cupiditas prohibetur. Ratio eſt: q₃ ſollicitudo de tꝑalibus reuocat a maiori ſollicitudie. ſ. de terrenis: ⁊ de ſuiēdo deo Philip. 4. Nihil ſolliciti ſitis. Vnde diuitie ſpinis comparantur a deo: quia generant ſollicitudine₃ cupidis. Vn̄ dr̄ q₃ ſpine ſuffocauerūt verbū. Qd intelligēdu₃ ē: nō ſolū de vbo exteriori: ſ₃ ⁊ iteriori: qd ē inſpiratio boni ꝓpoſiti.

Unde diuitie & voluptates: non ſunt ſpine ſꝫ ſe: eo ꝙ non lacerant: ſed occaſio ſollicitudinū q̄ mētē lacerat. Et iō ſpine dicūtur pp ſequē tem effectum. ¶ Et hꝭ notanduꝫ eſt in vidua: que ſignificat vitaꝫ ſeculi. Hec erat in ſarepta ſydonie. Sydonia grece dr̄ venatio inutilis: Sarepta incēdium vel anguſtia panis: qꝛ aīa inutili venatiōi dedita. i. lucris & negocijs ſeruiens incēdium carnaliū voluptatū: & ſpiritualem anguſtiaꝫ patietur. Cui celuꝫ clauſuꝫ erat idest inſtillatio diuine gratie ceſſabat. ſine qua nihil fieri poteſt. Et ꝑmittiṫ multe vidue. Uiduitas dicit ſcelẽritateꝫ: qꝛ aīa de merito peccatoꝝ a gratia dei deſeriṫ: & ꝯſequitur eam bonorum operum ſterilitas & viduitas propter multitudinem vitiorum ſuorum.

¶ Scd̄a ꝯclo eſt: ꝙ licꝫ voluntas ſit libera: tn̄ non moueṫ ad bonū niſi motione diuina. vnde apl's: Deus eſt qui operaṫ in nobis velle & perficere. Intelligendum tn̄: ꝙ q̄uis reꝫ nālem poſſit aliquid mouere qđ non eſt eiuſdem nature rei mote: tn̄ motum nālem cauſare non poteſt: niſi qđ eſt aliqualiter nature cauſa: Mouetur enīꝫ lapis ſurſum ab hoīe: qui nām lapidis non cauſat: ſed hic motus non eſt lapidi nālis. Naturalis autē eius motus nō cauſaṫ: niſi ab eo qui cauſat naturaꝫ. Sic etiam voluntas noſtra ꝯtingit moueri ab aliquo: qui nō eſt cauſa eius: ſed ꝙ motus voluntarius ſit ab aliquo principio extrinſeco: qđ nō eſt cauſa voluntatis impoſſibile eſt. Uolūtatis cauſa nihil aliud eſt q̄ꝫ deus. Hoc pꝫ ex hoc: ꝙ voluntas ē potentia aīe rōnalis: q̄ a ſolo deo cauſaṫ p creationē.

¶ Tertia ꝯclo eſt ꝙ perſeuerare in inocentia grē baptiſmalis: mereṫ idoneitatē recipiēdi ſpiritualem ſanationem. Nā p inocentiam & puritatem ꝯſeruaṫ ſpiritus: quē tunc aſſequimur ſi malas cogitationes & deſideria praua in ipſo ſuo ortu occidamus: ne p ꝯſenſus & operationes poſſint irrumpere. Et ideo ſicut perfectiſſimum remedium eſt ſerpentes eijcere omnino vel occidere: ne venena diffundant: ita praue cogitationes in ſuo ortu ſtatim debent eijci & occidi: ne in conſenſu & opus exeant. Si igiṫ inocentiam & puritateꝫ volumus ꝯſeruare: oꝫ oculos quo ad ſpecies illecebroſas & ſic omnes ſēſus rationis: quo ad cogitationes: affectiones & conſenſus: ꝑiculoſos ꝑcauere. vnde pſalm. Perambulabaꝫ in inocentia &c. Et hoc ſignatuꝫ eſt in Naaman: qui decorus interpretaṫ: qui ſignificat peccatorem lepra ſceleꝝ maculatum ſed ſacramēto penitētie ab omni mentis & corporis feditate purgatū: qui cōſilio puelle capte idest ſupne inſpirationis grē ꝯmonitus ſepties lauari iubetur: qꝛ baptiſmus lachrymarum pnie ſeptiformi ſpiritu regenerat. Et caro ei⁹ facta eſt vt caro pueri: qꝛ ex viro veteri: homini ꝯformatus eſt xp̄o hec glo. Hic. n. mundaṫ per Helyſēūꝫ q interꝑtatur dei mei ſalutare.

Quarta ꝯſideratio.

Quarta ꝯſideratio eſt de ingratoꝝ idignatiōe cuꝫ dicitur. Et repleti ſūt ira Ubi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯclo ꝙ qꝛ ſm Aug. peccatū & gratia opponunṫ: ſicut lux & tenebra nō poſſunt eſſe ſimul in eodem: ſꝫ mutuo ſe expellunt. Intelligendum tamen: ꝙ in virtute duo ꝯſiderātur. ſ. habitus virtutis: & actus eius. Actus autem peccati ſi ꝯparaṫ ad virtutē ꝑut eſt habit⁹ quidā non pōt eam expellere: ſi ſit vnus actus tantū. Sicut nō generaṫ habitus p vnū actum ita nec p vnuꝫ actū oppoſitum expelliṫ. Sed ſi ꝯpaṫ actus peccati ad cauſam virtutum: ſic poſſibile eſt ꝙ per vnum actum peccati alique virtutes que ſunt effectus gratie expellantur. Quōlibet enim peccatum mortale contrariatur caritati: que eſt radix omnium virtutum infuſarum. Unde excluſa caritate omnes gratie & virtutes excludunṫ. Unde dicitur ꝙ volebāt eum ducere in montem. Et eiecerunt extra ciuitatem: quaſi diceret: ꝙ vitia gratiam ſemper eijciunt extra conſcientie ciuitatem.

¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ nihil adeo excecat mentē: quantum peruerſitas ſtulte emulationis: quod ſit per iraꝫ inquantuꝫ dicit. Mibi actionem per quam deordinat homineꝫ quantum ad deum: & quantum ad proximum. vult enim expetere per ſe vindictam. Unde ira inſtabiles reddit nos ad gratiam dei. Nam gratia dei non quieſcit niſi in corde pacifico cuꝫ ſit donum ſpiritus ſancti. vnde Gregori. Dum ira animū pulſat ſancto ſpiritui hoſpicium turbat: vnde Augu. O homo iram fuge: que eſt hoſtis nature: degenerat oratiōe: excedit menſuram iuſtitie: amicitiam rumpit: ꝯcordiam diſſipat: aufert pacem peccatoris: tollit ſubſtantiā eternitatis. vnde iſti ſtulta emulatione excecati legis latorem interficere volunt precipitio: qa omnes erant ira repleti: qꝛ ſm glo. videbatur eis ꝙ notaret eos de incredulitate. Unde ſurrexerunt: & duxerunt eum vſqꝫ ad ſuperciliuꝫ montis: vt ꝑcipitarent euꝫ. Glo. Non enim

ſalutē merenť: q pellūt ſaluatorē de finib⁹ ſuis. ¶ Tertia ꝯclō eſt: q̄ in malefactis maloꝝ eoꝝ debemus cedere malicie: pp̄ qđ ieſus trāſiens per mediū illoꝝ ibat. Quia ſm Aug. Magis eſt cōmendanda ſapia: q̄ȝ eius potentia exercenda: cuius exemplo malicie cedere debemus. Roma. 12. Non vos defendatis chariſſimi: ſed date locum ire. Sed queritur quō ita cito elapſus fuerit de manibus eoꝝ. Dicitur q̄ in aīa xp̄i fuit potentia motiua non organica que totū corpus cito mouere poterat: non motu ꝓgreſſiuo partem: poſt partem: ⁊ iſta potentia eſt etiam in angelo: qua poteſt mouere ⁊ trāſire totum corpus ſimul. Similr̄ etiam erit in aīa cuiuſlibet beati: non tantū: quantū ad habitum. ſed quantū ad actum ſm vſus poſſibilitatem: qua poterit mouere corpus ſtatiȝ vbi vult non tamen partē poſt parteȝ.

¶ Feria. 3. dñice. 3. in q̄drageſi. Sermo 60.

R Eſpiciens ieſus in diſcipulos ſuos. ⁊c. Matth. 18. Scđm qđ dicit doctor ſanctus corꝛeptio vtilis eſt: vt. ſ. ex rubore volūtas corrigēdi bona oriatur: ſi tamen eſt filius ꝓmiſſionis qui corrigiť: tunc in ſtrepitu corꝛeptōnis forinſecus flagellante: deus in illo intrinſecus occulta iſpiratiōe opať ⁊ velle. vnde Aug. Ideo eſt neceſſaria corꝛeptio: q̄ȝ voluntas hoīs reqritur ad hoc q̄ a peccato abſtineat: ſed tū̄ corꝛeptio non eſt ſufficiēs ſine adiutorio dei. Quia tū̄ exceſſus aliquādo ſine manifeſtus: quando occultus: op̄ȝ q̄ corꝛectio fiat ſm modū culpe. ¶ Prima corꝛeptio ſcilicet de manifeſtis eſt de foro iudicij exterioris: ⁊ ꝑtinet ad prelatum. ¶ Secūda eſt de occultis: ⁊ eſt de foro iudicij interioris. ſ. ꝯſciētie ⁊ ꝑtinet ad confeſſores. Et ſm h̄ occurrunt nobis due conſiderationes.

Prima conſideratio.

P Rima ꝯſideratio eſt de fraterna corꝛeptiōe inq̄tum ꝑtiet ad p̄latos. Circa quam occurrunt ſex ꝯcluſiones.

¶ Prima eſt doctrina beati Bern. dicentis. Arguere ⁊ increpare aliqñ neceſſe eſt: ferueat igitur in nobis amor iuſtitie ⁊ odiū iniq̄tatis. Nemo fratris vitia palpet: peccata diſſimulet: Nemo dicat. Nūqđ cuſtos fr̄is mei ſuȝ ego? Eſt eniȝ ꝯſentire: ſilere cum arguere poſſis: ⁊ ſcim⁹ q̄ȝ ſīlis pena faciētes tāgit ⁊ ꝯſentiētes. ¶ Scđa ꝯclō eſt: q̄ fraterna corꝛectio aliquādo eſt actus charitatis: ⁊ aliqñ eſt actus iuſtitie qđ ſic p̄ȝ: Nā corꝛeptio delinquentis eſt qđdā remediū qđ d̄ȝ adhiberi ꝯtra peccatū alicuius. Peccatū autē alicuius dupliciter ꝯſiderari poteſt. Vnomodo inq̄tū ē nocumentū ei q peccat. Aliomodo inquantū eſt nocumētū alioꝝ qui ex peccato leduntur ⁊ ſcandalizanť: ⁊ inq̄tum eſt nocumentū boni ꝯmunis: cuius iuſtitia ꝑ peccatum ꝑturbatur. Sic igitur duplex eſt corꝛeptio delinquentis. Vna que adhib̄ȝ remediū peccato: inquantū eſt malū ipſius peccantis: ⁊ iſta eſt ꝓprie fraterna corꝛeptio: q̄ ordinať ad emēdationem delinquentis. Remouere aūt maluȝ alicuius eadē ratione eſt bonū: qua bonū eius ꝓcuratur. Fratris bonū pertinet ad charitatem: per quam volumus ⁊ operamur bonum amico. Vnde ſic patet. Quomodo corꝛectio fraterna eſt actus charitatis: q̄ȝ per eam repellimus malum fratris: ſcilicet peccatum: cuius remotio magis pertinet ad caritateȝ: q̄ȝ etiaȝ remotio exterioꝛ damni. Alio modo eſt corꝛeptio fraterna: que adhibet remediū peccati delinquentis: ſm q̄ eſt in malum aliorum ⁊ communis boni: ⁊ talis corꝛeptio ē actus iuſtitie: cuius eſt conſeruare rectitudineȝ iuſtitie vnius ad alterum.

¶ Tertia concluſio eſt: q̄ corꝛeptio fraterna inquantum eſt actus caritatis: prout dictum eſt ꝑtinet ad quenlibet caritatem habentem: ſiue ſit ſubditus: ſiue prelatus obſeruatis debitis circunſtantijs: vt ſcilicet fiat quando debet: ⁊ vbi debet: ⁊ ſm q̄ debet: ⁊ q̄ diſpoſitio eorum que ſunt ad finem attendatur ſm rationem finis q eſt bonum virtutis. Vnde. 24. queſtione. 4. dicitur. Tam ſacerdotes q̄ȝ reliqui omnes fideles ſummaȝ debent habere curam de hijs q pereunt: quatenus eorum redargutiōe aut corrigantur a peccatis: aut ſi incorrigibiles appareāt: ab eccleſia ſeparentur: ſed tamē corꝛectio que eſt actus iuſtitie quo ad penam non competit ſubdito reſpectu prelati: Sed corꝛeptio inquantum eſt actus caritatis: q̄ȝ vt ſic eſt actus uirtutis qui debet eſſe debitis circūſtantijs moderatus. Vnde in omni corꝛeptione: qua ſubditi corrigunt prelatos debet motus conuenire ꝓteruia ⁊ duricia: ſed cum manſuetudine ⁊ reuerentia corꝛigantur. vnde prime thimo. 4. Senioreȝ ne

increpaueris:ſed obſecra vt patrem. Hec con/
cluſiones comprehenduntur ſub iſto verbo.
Reſpiciens Jeſus in diſcipulos ſuos: ſcilicet
imprimens eis modum corrigendi ſubditos.
Dixit ſimoni petro. Oſtendens qualiter pre/
latus corrigere debeat ſubditos ſuos. Nam
Petrus cephas grece: qđ latine interpretatur
caput. Sequitur. Corripe eum inter te ꝛ ipſuꝫ
ſoluꝫ. Gloſa. Ne publice correptus verecun/
diam ꝑdat: qua perdita in peccato remaneat.
¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ in omni correctio
ne debet fieri ſecreta monitio. Corripe ipſuꝫ in
ter te ꝛ ipſum: ſtudens correctioni: parcens pu
dori: ne forte pre verecundia incipiat defende/
re peccatum: ꝛ ex importuna correctione credis
facere meliorem ꝛ facis peiorem: quod preca/
uendum eſt. Intelligendum tamen ꝙ contra
publicam correctionem peccatorum diſtinguē/
dum eſt. Aut enim peccata ſunt publica vel oc
culta. Si publica: non eſt ei tantum remedium
adhibendum: vt melior fiat: ſed etiam alijs in
quorum notitiam deuenit: vt non ſcandalizen
tur. Et ideo talia peccata ſunt publice arguen/
da. Prime thimo. 2. Peccanteꝫ coram omni
bus argue: vt ceteri timorem habeant. Quod
intelligitur de publicis ſm Auguſtinum. Si
vero ſunt occulta: ſic videtur habere locuꝫ qđ
domin⁹ dicit. Si peccauerit in te ꝛ cetera. Sꝫ
quando te offendit publice coram alijs: iaꝫ nō
ſolum in te peccat: ſed etiaꝫ alios offendit. De
peccatis autem occultis eſt diſtinguenduꝫ: aut
eſt in nocumentuꝫ proximorum: puta traditio
ciuitatis: ꝛ ſic occulte peccans non ſolum in te
peccat: ſed etiam in alios. Et ideo oportet ſta/
tim ad denunciationeꝫ procedere: niſi forte ali
quis firmiter eſtimaret: ꝙ ſtatim per ſecretam
admonitionem poſſet huiuſmodi malum im/
pedire. Quedam ſunt peccata: que ſunt ſolum
in malum peccantis. Unde vt fratri: ſic paccā
ti ſubueniatur: fiat correctio ſecreta. Et ſicut
medicus corporalis ſanitateꝫ inferre poteſt q̃ꝫ
doqꝫ ſine alicuius membri abſciſione: ſi tamē
non poteſt abſcindit membruꝫ minus neceſſa
rium: vt vita totius corporis ſeruetur. Ita ꝛ il
le qui ſtudet emendationi fratris: debet ſi fieri
poteſt ſic emendare fratrem quantum ad con/
ſcientiam: vt famam eius conſeruet. Que qui
dem eſt vtilis ei: non ſolum in temporalibus:
ſed etiam in ſpiritualibus: quia pre timore infa
mie multi retrahuntur. Unde Jherony. Cor
ripiendus eſt ſeorſum ne ſi ſoluꝫ pudoreꝫ ami
ſerit: permaneat in peccato. ¶ Secūdo debet
conſeruari fratris peccantis fama: tum qꝛ vno
infamato alij infamantur: tum etiam qꝛ ex pec/
cato minus publicato: alij minus prouocantur
ad peccatum. Unde dicit. Corripe ipſuꝫ inter
te ꝛ illum. Uide ſupra.
¶ Quinta ꝯcluſio eſt: ꝙ poſt ſecretaꝫ monitio
nem debet fieri teſtium ꝓductio. Nam de vno
extremo ad aliud extremum conuenienter trā
ſitur per medium. In correctione auteꝫ frater
na dominus voluit: dum peccatum eſt occultū
vt frater corrigat fratem inter ſe ꝛ ipſum ſolum
ꝛ ſic noluit publicari. Aut ſi eſt publicum: te/
ſtes adduci poſſint in medio: ponitur eorum
inductio teſtium: vt primo paucis indicet̃ pec/
catum fratris q prodeſſe poſſunt: ꝛ non obeſſe
vt ſaltem ſic ſine multitudinis infamia emen/
daretur. Sciendum tamen ꝙ teſtes poſſunt ī
duci propter tria. ¶ Primo ad oſtendendum
ꝙ hoc ſit peccatuꝫ: de quo aliquis arguitur: vt
Jheroni. dicit. ¶ Secundo ad conuincenduꝫ
de actu: ſi actus iteretur. vt Auguſt. dicit in re
gula. ¶ Tertio ad teſtificandum: ꝙ frater ad/
monens fecit qđ in ſe fuit. Et hoc eſt quod di
cit. Si autē te non audierit: adhibe adhuc vnū
tecum aut duos. Glo. Studio corrigendi vel
conuincendi ſub teſtibus. Auguſtinus. Adhi
be eum qui vult ꝓdeſſe ꝛ nō obeſſe. Hoc eſt ſi
correctionē tuam ſecretam nō ſuſcipet.
¶ Sexta cōcluſio eſt: ꝙ illi qui ita incorrigibi
les ꝛ inobedientes ſunt vt dictum eſt: ꝙ ſecre/
tam correctionem: nec publicam ſuſcipiunt: de
berēt eijci a communione fraternitatis ꝛ ana/
thematizare. Quod patet. ¶ Primo auctori
tate preſentis euangelij. Si autem eccleſiaꝫ nō
audierit. Scđꝫ gloſaꝫ per obiurgationem pre
lati vel congregationis eccleſie ſe non correxe/
rit. Sit tibi ſicut ethnicus ꝛc. ideſt deuita eum
ſicut hereticum. ¶ Secundo probatur exem/
plo apoſtoli. Prime corin. 5. Qui fornicato/
rem manifeſtum tradidit ſathane. ¶ Tertio ꝓ
batur ſic: Sicut videmus in arte medendi: ꝙ
ſm iudicium artis membruꝫ putridum ꝓpter
aliorū membrorum preſeruationeꝫ a corpore
eſt reſecandum: ſic in ſpiritualibus ſi membra
contingit eſſe putrida per peccatū: ꝛ alia mem/
bra corrumpentia. Unde ſm rectum regiminis
ordinē: talia membra ſunt amputanda: vt que
non potuit pudore ſaluari: ſaluetur opprobri/
is: ꝛ vt ſequeſtrationis rubore emendetur: Sit
tibi ſicut ethnicus ꝛc.

Seda ꝯſideratio.

S Ecunda ꝯſideratio eſt de ſpũali cor/rectione: inq̃ʒtum ptinet in foro conſcientie ad ꝯfeſſores: cuʒ dicit. Amẽ dico vobis q̃cunq; ⁊c. vbi ſunt octo ꝯcl'ones. ¶ Prima ꝯcl'o eſt: q' deus ꝯtulit eccleſie claues regni celoꝝ. Mat. 16. Tibi dabo claues regni celoꝝ. ¶ Unde notandum q' claues accipiuntur ad ſiſitudinem clauium mãliuʒ. Sicut enim claues materiales ſunt inſtrumẽta q̃dam ad apiendum ⁊ claudendũ oſtium: ſic claues iſte dicunt q̃dam ptãs collata eccl'ie ad apiendum ⁊ claudendum hoibus regnuʒ celoꝝ. ¶ Clauſura regni celoꝝ eſt triplex. Quedaʒ eſt vl'is oium hoium non ꝑpetua: que p pctm̃ Ade facta eſt. Cõtra hanc ſunt claues date ſoli xp̃o. Alia eſt clauſura vl'is ⁊ ꝑpetua. ſ. clauſura facta p vltimam ſniam. Contra hanc non ſunt claues. ¶ Tertia eſt pticularis: ſed nõ ꝑpetua: qua q̃ſq; ſibi claudit medio tp̃e regnũ celorum per ꝓpriam culpã ⁊ penam illi debitã. Et contra hanc clauſuram eſt triplex clauis. ¶ Prima eſt auctoritas: q̃ eſt in ſolo deo: que apit per gratie infuſionẽ. ¶ Scda eſt excellẽtie: que eſt in xp̃o: q̃ apit per merituʒ paſſionis xp̃i. ¶ Tertia ẽ miſterij: q̃ eſt in p̃latis eccl'ie. ¶ Scda ꝯcl'o eſt videre qd ſint claues: ⁊ dicit ſꝫ doctores q' claues nihil aliud ſunt: niſi quedam po^a^ ſupernãlis a deo data ⁊ infuſa: nõ innata: non acq̃ſita. Qđ apparet. Nam ſicut principium actionum nãlium: ẽ nã et prin^m^ actionum voluntariaꝝ eſt voluntas. Ita principiũ actuum illaꝝ actionum: q̃ ſunt ſupra facultatẽ nãe ⁊ voluntatis eſt po^a^ ſupernaturalis. Et talis eſt poteſtas clauium.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: q' due ſunt claues. ſ. ſcia ⁊ po^a^. vnde glo. ſup illud Mat. 16. Tibi dabo claues ⁊c. dicit. Claues dicunt ſcia ⁊ po^a^: qua dꝫ dignos recipe: ⁊ indignos repellere: q2 ſicͨ in foro iudiciali duo actus requirunt. ſ. diſcernere cãm: ⁊ poſt ſniare: ita eſt ibi alia auctoritas diſcernẽdi cãm: ⁊ alia ſniandi. Et ſicut in foro penitẽtiali requirit duplex ptãs. Una. ſ. diſcernendi in cãe examinatione. Et hec dicit ſcia. Alia eſt poteſtas ſniandi in foro pn̄iali in cauſe determinatione. Et hec dicit clauis potẽtie. He due claues ſunt diuerſe in foro pn̄iali ¶ Quarta ꝯcl'o eſt: q' claues hñt poſſe in culpam: q2 Johis. 20. dicit. Quoruʒ remiſeritis peccata ⁊c. ¶ Item pꝫ rõne: q2 ſacramentum pn̄ie eſt remedium cõtra mortale: ſicut baptiſmus contra originale. Igit ſicut virtute baptiſmi deletur originale: ita virtute pn̄ie deletur mortale. Sꝫ virtus pn̄ie ꝯſiſtit penes claues. Igit habent poſſe in culpam. De iſta ꝯcl'one ſunt qnq; opiniones: qbus oibus dimiſſis ꝑpter breuitatem: dicenduʒ eſt q' lꝫ claues non habeant ad culpã poſſe abſolutũ p modum inſtrumenti. Habent tñ poſſe. ſ. relatuʒ p coaſſiſtentiam virtutis diẽ. Unde lꝫ deus dimittat peccata p ſe ⁊ virtute ꝓpria: ⁊ p modũ auctoritatis: tñ clauis dimittit virtute diuina eis aſſiſtente: ⁊ remittit per modum inſtrumenti. ¶ Quinta ꝯl'o eſt: q' claues habẽt poſſe: ⁊ ſuper penam eternaʒ: ⁊ ſup culpã mortalem: q2 iſta inſeparabilit ꝯcomitantur. ſ. pena eterna ⁊ culpa mortalis: ⁊ illđ eſt poſſe relatũ vel inſtrumentale. Habet etiã poſſe ſuper penã temporalem: q2 vniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas. Ideo in iuſtificatione impij: que eſt opus miẽ: ita remittit culpã: qđ tñ non p̃iudicat rigori triſtitie. vnde poſt dimiſſioneʒ culpe obligat ad penam: que pena ob rigorem diue iuſtitie eſt improportionabilis viribus nr̃is. Et iđ diuina miſericordia aliqd adhuc ꝓuidit nobis ⁊ ꝯſtituit in arbitrium ſacerdotis: cui dedit poteſtatem taxandi penam: ⁊ nobis manifeſtãdi Dedit ei etiã ptãtem pene ꝑtem remittere virtute clauium: q2 ei ꝯceſſit theſauꝝ eccl'ie penitẽtibus coicare: q theſaurus ſubeſt claui^9^. Igit claues habent poſſe.

¶ Sexta concl'o eſt: q' ſacerdos diſcrete vſus arbitrio põt ꝓ libito penam imponere. Ratio eſt. Nam ſacerdos in abſolutione eſt ſicut inſtrumẽtum viuum: ⁊ non mortuuʒ. Ad debitam aũt opationem recti inſtrumenti tria requiruntur. ſ. inſtrumẽti diſpoſitio: mãe ꝑpatio: ⁊ virtus motoris. Mã ſecuris nõ ſecat niſi acuta: ⁊ niſi habeat mãm ligneã: ⁊ niſi ab aliquo moueat. Sil'r ad abſolutionẽ ſacerdotis debꝫ primo ꝯcurrere recta clauiuʒ diſpoſitio. ſ. q' ſacerdos habeat habituʒ ſcie cum auctoritate diſcernendi: ⁊ ptãte abſoluẽdi. ¶ Scđo dꝫ concurrere ꝑparatio penitentis: ⁊ h̄ eſt quaſi ꝑparatio mãe. ¶ Tertio debet cõcurrere virtus dei motoris: ⁊ hec virtus eſt interius mouẽs. vñ ſacerdos non põt ꝓ libito ſuo penam taxare: ſed ſꝫm q' inuenit diſpoſitionẽ in penitente: ⁊ ſꝫm q' videt deo placere. Iſte ſex ꝯcl'ones innuuntur: cum dicit. Amen dico vobis. Quecunq; alligaueritis ſup terram ⁊c. quaſi diceret. Quecũq; diſcreta diſcuſſione p clauẽ ſcie

alligaueritis: ad penam temporalem ſuſtinen dam pro pena eterna: que ſm rigorem iuſtitie eſt debita pena peccati mortalis. Talis alligatio erit i celo confirmata corā deo. Et quecūq ſolueritis ſup terraʒ. ſ. p clauiū poteſtatē: q̄ eſt vis ſupernālis. ſ. a vinculo culpe: ⁊ ēt a vinculo pene: ſeu que eſt pars pene debite: per relationē clauiū poteſtate: erit ſolutuʒ ⁊ i celis. i. ratam ⁊ veram ſolutionem habebit coram deo ❡ Septima pclō eſt: q̄ male mouetur volentes fratribus pfeſſos teneri ad iterationem confeſſionis. Et hic pro preſenti pono cās: quare cōfeſſio ſit iteranda: quas ponit Henricus de gādauo in quolibʒ ſuo. ❡ Prima eſt ſumpta ex pte pfitentis: ſic petm̄ iteꝝ confiteri eſt pfectionis ⁊ pſilij. Ad talia aūt nō pōt aliqs obligari ſtatuto aut precepto. Ergo nemo ſtatuto aut pcepto pōt obligari ad iterum cōfitendum peccata ſemel pfeſſa. ❡ Secunda ex pte ſacramēti pfeſſionis. Omnia ſacramenta perfectā habent efficaciam in cauſando ſuum effectum ſup materiam propriam diſpoſitam ex virtute paſſionis xp̄i. Habēs autē pfectam efficaciaʒ in cauſando ſuum effectuʒ circa illud qd̄ ſemel adhibet: eideʒ fruſtra iterato adhiberet: q̄ nō reſtat agendum. ⁊ in h̄ etiā veritati ⁊ dignitati ſacramēti derogaret. Nec dʒ fieri qd̄ fit in derogationem ſacramenti. Sed nullum ſacramētum dʒ fruſtra alicui adhiberi: ſed penitētie ſacramentum iterato neceſſe eſſet adhiberi. ſ. neceſſe eſſet iterato eadem confiteri. ❡ Tertia ex pte pfeſſoris ſic. Si pfeſſio facta eſſet iteranda ꝓprio ſacerdoti: tunc nihil aut modicū eēt conceſſum fratribus in abſoluendo: q̄ vt videtur nō abſolueret: niſi ſub pditione. ſ. ſi iterato ꝓprio ſacerdoti pfiterent. Conſequens falſum: q̄ papa per pͥuilegia ſua neminē intendit deridere. Sʒ nihil pferre aut modicū: eſſet deridē ❡ Quarta ex pte maioꝝ ſacerdotū ſic. Si ſtatutum illud. Omnis vtriuſqʒ ſexus in ſuo robore dʒ pmanere. Igit cōfeſſus epiſcopo ſiue eius penitentiario: denuo ſuo ꝓprio ſacerdoti dʒ pfiteri: qd̄ falſum eſt. Si ḡ hoc nō eſt verū in pfeſſione facta epō ſiue eius pniario: multo magis nec in cōfeſſione facta dn̄o pape aut eiꝰ pniarijs: quales ſunt religioſi: q auctoritate pape dicta officia exercent. ❡ Quinta ex pte ſtatuti. Statutum nō obligat quenqʒ pfiteri pro pprio ſuo ſacerdoti ſemel in anno: niſi hēret aliqua alia peccata infra illum annū. Sic igit aliqs p gratiam dei cuſtoditus: p totū annum ab oī petō tam veniali: q̄ʒ mortali: vt beata virgo Iſte p ſtatutum nō pſtringit ad pfitendū ſemel ſuo ꝓprio ſacerdoti. ❡ Sexta ex pte pcōris. Nullus tenet pfiteri niſi peccata: ⁊ nō niſi ſua ſm illd̄ pſal. Dixi pfitebor aduerſum me iniuſtiam meā dn̄o ⁊c. Sʒ pfeſſus fratri oīa peccata: que pus hūit: nec erunt: nec mō ſunt: q̄ rite abſolutus ab eo: q pōt. ❡ Item ſi rite abſolutus tenet iteꝝ pfiteri eadem peccata ꝓprio ſacerdoti. Aut igit hʒ vt petōr illa peccata: aut vt nō peccator nō hn̄s petm̄: non pmo: q̄ iam eſt imūnis ⁊ mundus ab omni petō. Talis autē nō eſt petōr: nec hn̄s petm̄. Igit nō tenet iterare pfeſſionē. Uide plus in. 8ͦ. quoli. Henrici de gādauo. Et h̄ eſt qd̄ dicit. Si duo ex vobis pſenſerunt ſup terrā de omni re quācunqʒ petierunt: fiet illis ⁊c. q. d. Si pro: q̄ due claues. ſ. auctoritas: ⁊ auctoritas ſniandi a ſummo pōtifice nobis indulte ē q pōt ⁊ de facto indulſit. Ex vobis. i. ex veſtra induſtria. i. mediante aſſiſtentia diue grē. Conſenſerint. ſ. ſi decreuerint aliquē abſoluere de petis: vel ligare ad penā tpaleʒ ꝓ petis. poſtpoſita pena eterna debita ꝓ peccatis mortalibus. Sup terrā id eſt ſup peccato ex infirmitate: vel p hoiem ꝑpetrato. De omni re. i. de omni genere petōrum. Quodcunqʒ petierint. i. de omni pro cuius petōꝝ abſolutōis beneficio petierint. ſ. habentes auctoritateʒ a papa: ſiue de re cōi: ſicut curati: fratres minores: ⁊ pdicatores: ſiue ex pͥuilegio: vt alij religioſi: vt pʒ in illis ſex rationibus. Fiet illis a patre: in cuius ſolius ptāte eſt abſolute remittere petā p pniam pueꝛſoꝝ. ❡ Octaua pclō eſt: q̄ ad h̄ q̄ aliquis ſit idoneus ꝓ officio clauium exercendo: virtutibꝰ pollere dʒ. ❡ Primo dʒ habere claritatem in cognitione. vnde pfeſſor cum ſit perſona cois reſpectu infirmoꝝ: dʒ habere ꝓuidentiam vlem que non pōt haberi abſqʒ cognitione. vn̄ Auguſtinus de ci. dei. Caueat prelatus ne careat munere ſcie. O pʒ. n. q̄ ſciat cognoſcere qd dʒ corrigere. Nam ſcia eſt velut oculus in plato: ne erret in corrigendo. Nam iſto oculo carēs cecus eſt. Cecus aūt ſi ceco ducatuʒ pſtet ⁊c. ❡ Scd̄o dʒ habere honeſtatē in pueꝛſatione. Ratio eſt: q̄ dʒ alios ſuo exēplo informare ⁊ exhortari ad virtutes: vt bonū cōe obſeruetur Hoc aūt fieri non pōt: niſi oſtendat ſe vt exēplar honeſte pueꝛſatōis. vnde Greg. Mundus dʒ eſſe a vitijs: q curat aliena corrigere. Nequaqʒ. n. maculā in mēbro pſiderare pōt oculus: quem puluis generat: ⁊ ſubiectas ſordes tergere nō valent manus: q lutum tenet.

❡ Tertio dȝ habere ſtrenuitatem in defenſio ne: vt ꝓpter mortis piculuȝ non timeat defendere rempu. q: bonum cōe diuinius eſt bono ꝑuato. Eccli. 2. dicit̄. Curam illoꝝ habe: ⁊ ſic ꝯſidera vt leteris ꝓpter illos: ⁊ ornamētuȝ gratie accipias. Et h̄ eſt quod dicit. Ubi duo vel tres ꝯgregati ſunt in noie meo ⁊c. q. d. Ubiqȝ ſcilicet in quocunqȝ ꝑlato. Duo. i. caritas dei: ⁊ dilectio ꝓximi: vel tres. ſ. claritas in cognitione: honeſtas in cōuerſatione: ⁊ ſtrenuitas in defenſione. Cōgregati ſunt: nō in augendis diuitijs: ſicut cupidi. nō in cubilibus ⁊ impudicitia: ſicut luxurioſi. Sed in noie meo. i. ad ſalutē ꝓpriā vel alienaȝ q̄rendaȝ: ⁊ glīaȝ nois mei manifeſtandam. In medio eoꝝ ego ſum. ſ. ꝑficiendo idoneitatē mediātibus hijs in regente: vt idoneus hijs effectus: ſubditos vtiliter valeat gubernare. Ex hijs igit̄ oībus elicitur vnuȝ documentū: ꝙ q: iſte claues ſunt ab īfinita dei bonitate collate. ⁊ theſaurus penitētibus diſpenſandus ſit infinitus pp meritum paſſionis xp̄i: q̄ erat in īfinituȝ acceptiſſima ⁊ ꝓ oībus ſufficientiſſima: relinquit̄ ꝙ diſpēſator in diſpēſando debeat eſſe mitiſſimus. Ita tamen ꝙ ſpiritu diſcretiōis non patiat̄ ſuccumbere iuſtitie metas. vnde Criſoſt. Si errauimus aliquando paruas penitentias iniungendo: nonne melius eſt de mīa reddere rōnem: q̄ȝ de auſteritate. Ubi paterfamilias largus ē non dȝ eſſe tenax diſpenſator. Si deus benignus eſt: vt qd ſacerdos auſterus: vnde Petrus huiuſmodi affluentiā largitatis volēs experiri: ſub forma auſteri ponit menſurā ſepteni numeri largitati remiſſionis: ad ſaluatoreȝ acceſſit dicens. Domine quotiens peccabit in me frater meus: ⁊ dimittā ei: ⁊c. vnde petrus habuit hunc numeꝝ remiſſionis. Dicendum ſm glo. ꝙ forte hūit ex eo ꝙ dicit̄ geñ. 4. Septies dabit̄ vltio de caꝑū. Igit̄ per locum a cōtrario ſi ſepties puniendus qs ⁊ ſepties dimittendus. Uel forte ex eo qd̄ habet̄ ꝓuer. 24. Septies ī die cadit iuſt⁹ ⁊ reſurgit. vl̄ forte pp pctā ſeptē mortalia. Iohēs igit̄ volēs cuȝ īformare de īfinita affluētia largitatis dīne miſericordie dixit. Non ſepties: ſed ſeptuageſies ſepties: quaſi dicat ſm gloſam quocunqȝ genere peccati. ⁊ quotienſcunque peccauerit. Dimitte: vel ſm Iheronymum dimittas in die: quotiens homo poſſet peccare.

❡ Feria quarta dn̄ice. 3. q̄dra. Sermo. 61.

Acceſſerūt ad ihm ab ieroſolimis ſcribe
a ⁊c. Mat. 15. Secūdū ꝙ dicit beatus Greg. Propriū eſt errogantiū mala ſubditorum dure obiurgādo increpare: nunqȝ autem bona eoꝝ laudādo ꝯfirmare. Semper inuenire optant qd̄ increpando rigide feriant. Unde ſcriptū eſt in ore ſtulti virga ſuperbie: q: videlicet ꝑcutere rigide ſcit: ſed cōpati humiliter neſcit. Hij ſm glo. plus zelant tranſgreſſorē humanaꝝ traditionū: q̄ȝ diuinoꝝ ꝓceptoꝝ: plus decretaliū: q̄ȝ euangeliorum plus conſuetudinū: q̄ȝ vtilitatū. Et iō ſupſticioſe alioꝝ facta reprehendunt: vt maioris ꝑfectionis in opinione hominuȝ habeantur. Sȝ q: diuerſimode diuerſi xp̄ȝ ſequebant̄. ſ. aliq vt cum obſeruarēt. alij vt ab eo nutrimentū haberent. ⁊ alij vt doctrinā ſalutarē ab eo reciperēt. ❡ Primi fuerunt ſcribe ⁊ phariſei. ❡ Scdi turbe. ❡ Tertij diſcipuli. Igit̄ ꝓ noſtra vtilitate hos tripl'r aggredit̄ in preſenti euangelio.

Prima conſideratio

Irca primā conſiderationem que eſt
c de ſupſtitionis phariſeoꝝ refutationē cum dicit̄. Acceſſerunt ad ihȝ ⁊c. Ubi occurrunt ſex ꝯclones.

❡ Prima ꝯclo eſt videre qd ſit lex. Et dicitur ꝙ lex eſt quedaȝ regula ⁊ menſura actuū rationis: ſm quā inducit̄ aliquis ad agendū: vel ab agēdo retrahit̄. Qd̄ aūt ſit actiuū nominis patet. Nam ad legē ꝑtinet ꝓcipē: ⁊ ꝓhibere: ſed hoc pertinet ad rationē. vñ lex dicit̄ a ligando: q: obligat ad agendū ſecundū dictamē rationis cuius eſt ordinare ad finem actus humanos cū ſit regula ⁊ menſura eorūdem.

❡ Scda ꝯclo eſt: ꝙ mltiplex eſt lex. ſ. lex eterna: lex nālis: lex humana: lex fomitis: lex moyſaica: ⁊ lex euāgelica: de qbus pertranſeo.

Scdz eius argumentū eſt: Precepta ſunt d̄ lege ſcripta: que ſunt ita vtilia q̄ ſine eis nō po teſt haberi vita: qd̄ notatur cū dr̄. Patres ve ſtri in monte hoc adorauerunt: per montē alti/ tudo meriti p̄ceptoꝝ intelligitur: ⁊ vos dicitis meritum ꝯſiſtere in gratia ſpūs. vnde ſequitur Et vos dicitis: q̄r in iheroſolymis eſt locus vbi opz adorare: ideſt i ſpiritu pacifico vnico grā dei. Nam iheroſolymis pacis viſio dr̄. Unde in pace factus eſt locus eius. Sz quomodo po teſt hoc ſtare. Cum patres in lege contenti fue runt te potiores?

¶ Sextum documentū eſt: q̄ ieſus magis ex citans eā ad credendū: dubiū remouēs: rn̄dē do ad obiecta oſtēdit ei veritatē. Unde ſz Au guſ. Licet dubites qualr̄ intelligi debeat illud apoſtoli: Lr̄a occidit: ſpūs viuificat. Secūda cor. 4. Tn̄ vera ſponſa xp̄i ſcire dz qd̄ diſtet in ter lr̄ā ⁊ ſpūz: que duo alio modo dn̄r lex ⁊ gra tia. Non.n. fructus eſt bonus qui de caritatis radice non ſurgit. Si vero adſit fides operans p dilectionē fit delectatio: que nō lr̄e: ſed ſpirit⁹ bonum eſt. Lr̄a.n. ſine adiuuante ſpiritu occi/ dit: cū vero adeſt viuificans ſpūs. Hoc ipſum intus ꝯſcriptū facit diligi: qd̄ foris ſcriptū facit timeri. Et hoc eſt qd̄ dicit. Omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet iterꝝ. Ratio. q̄r habet cauſā tē/ poralē ⁊ deficientē: Sz q bibit ex aqua quā ego dabo nō ſitiet in eternū: cū habeat cauſā per

petuam ⁊ indeficientem ſcilicet ſpiritū ſanctū.
Ubi innuitur perfectio aque gratie in compa-
ratione ad aquam legis: quia oppoſita iuxta ſe
poſita magis eluceſcunt. Naꝫ aqua gratie ex-
cedit aliaꝫ in quinque. ¶ Primo quia habet
ſingularem effectum: quia ſatiat appetitū. Et
ideo qui biberit ex ea non ſitiet in eternum.
¶ Secundo habet ſingularem ortum: quia a
fonte vite oritur. vnde dicit. Quam ego dabo
ei: quaſi diceret. Hec aqua a me orit̄. ¶ Ter-
tio habet ſingularem motum: quia moueṫ ſur-
ſuꝫ. Et ideo dicitur aqua ſaliens. ¶ Quarto
habet ſingularem ſitim: ⁊ ideo dicitur ꝙ qui bi
berit ex ea fiet in eo fons ⁊c. Quia aqua gra-
tie intra animam eſt. Et ideo ſequitur ꝙ non
poteſt ſitire terrena. ¶ Quinto habet ſingula
rem fructum: qui eſt vita eterna. vnde. Saliet
in vitam eternam. Aqua auteꝫ legis non exti
guit ſitiꝫ. Quia qui biberit ex ea ſitiet iterum.
Item oritur de fonte iacob: ſcilicet de lege. Itē
moraṫ deorſum. Item eſt extra animā: ⁊ ideo
non extinguit. Sed quomodo intelligit̄ illud:
Qui biberit ex hac aqua: non ſitiet in eternū.
Cum dicatur eccleſi. tertio. Qui biberit me
adhuc ſitiet? Dicitur ꝙ res corporalis aliter ḋ
generare ſitiꝫ: ⁊ aliter res ſpiritualis: quia hec
habita non cauſat ſitim ſuiipſius: ſed alterius.
Iſta vero tollit ſitim alterius rei: ⁊ cauſat ſitiꝫ
ſuiipſius. Ratio eſt. Naꝫ res temporalis an
tequam habeatur: magis precij eſtimatur ⁊ ſuf
ficiētis: ſed habita: quia nec tanta: nec ſufficiēs
inuenitur: ad anime deſideriuꝫ quietandum:
ideo ⁊c. Sed ad aliud appetendum mouetur.
Res vero ſpūalis nō cognoſcit̄ niſi cuꝫ habe
tur. Et ideo cum habeṫ: delectat affectuꝫ ⁊ mo
uet deſideriuꝫ non ad aliud appetendum: ſꝫ ad
ſeipſaꝫ pfectius habendam. vnde: Qui bibunt
me. ſ. impfecte. Adhuc ſitient. ſ. pfectionē. In
vita. n. pſenti nunq̄ꝫ deſiderium qetat̄: qꝛ eiuſ
quietatio ad vitaꝫ futurā reſeruaṫ. Mat. Bea
ti qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā. Et ideo ſeqnit̄.
Dicit ei mulier. Da mihi hanc aquā: vt non ſi
tiaꝫ: neqꝫ veniā huc haurire. q. d. ſm Augu.
Duplici neceſſitate teneor. ſ. ſitis ⁊ laboris.
Erat. n. illuminata a dño. Dicit igitur. Crede
mihi mulier. Ubi euacuat meritum legis i lr̄a
⁊ extollit meritum ſpiritus ⁊ grē. Quia venit
hora: quando neque in monte hoc: neque ihe-
roſolymis adorabitis patrem. Adorari eſt me
reri: quaſi diceret. Q̄ꝺ veniente tempore gra-
tie: ꝙ per chriſtum iniciat̄. Nullum meritum
erit niſi per gratiaꝫ: ⁊ ideo dicit. Vos neſcitis
quid adoratis: nos autem adoramus qꝺ ſcim⁹.
Loquēs in pſona xp̄ianorum. Quia ſalus. ſ.
meriti. Ex iudeis eſt. ſ. ex ꝯfitentibus xp̄m eſt
acceptuꝫ. Sed venit hora ⁊ nunc eſt. ſ. meriti
ſcilicet poſtq̄ꝫ ego incarnatus ſuꝫ. Quando ve
ri adoratores. Non in cerimonijs ⁊ figuris.
Adorabunt patreꝫ. ſ. xp̄ꝫ: q nos ſanguine libe
rauit: non dn̄ꝫ vt ſerui. In ſpiritu. Aug. Quia
deus eſt ſpiritus. De veritate fidei: vel. In ve
ritate. i. ſine fictiōe vt ypocrite. Vel in verita-
te: vt ſm Criſo. Non tpalia ⁊ caduca: ſed ſalū
ti neceſſaria petanṫ. Nā ⁊ pater tales querit. ſ.
acceptat: qꝛ ſpūs eſt deus non corpus. Igitur
q vult ſibi aſſimilari: dꝫ ⁊ ſpiritu adorare.
¶ Septimuꝫ documentū eſt: ꝙ ad pfectaꝫ fi-
deꝫ non ſufficit aſſenſus voluntatis: ſed etiam
ibi regritur ratio ⁊ itellectus: qbus diſcutiātur
credēda. Aug. Quis. n. nō videat pus eē re-
cogitare q̄ꝫ credere. Nullus. n. credit niſi pus
cogitet eſſe credendū. Quāquaꝫ ⁊ ipſuꝫ crede-
re nihil aliud ſit: q̄ꝫ cū aſſertiōe cogitare. Hoc
auteꝫ ptinet ad intellectum ⁊ rationē: vt intelli
gendo diſcutiat: ⁊ voluntati oſtēdat: qꝛ volun-
tas nō ferṫ niſi in obiectuꝫ a rōne pꝛeſenſum.
vnde dicit. Voca virum tuum. i. intellectum ⁊ ra
tioneꝫ ad opeꝝ diſcretionē. Nam ſm Augu.
Uir iſte intellectus eſt: qr volūtas ꝯcepit ab in
tellectu mouēte eā: ⁊ ita voluntas eſt: ſicut mu
lier. Ratio vero mouēs voluntateꝫ: quaſi vir
eius. Quia igit̄ voluntas prōpta erat ad recipi
endum: ſed nō mouebaṫ ab intellectu ⁊ rōne.
Vt ſpūalr̄ hoc intelligeret: ſed ſenſibilr̄ deti-
nebatur. Ideo dicit. Uade voca virum tuum
ideſt intellectum: quo ſpiritualiter intelligas:
quod modo carnaliter ſapis.
¶ Octauuꝫ documentū eſt: ꝙ nō pōt fieri vera
illuminatio fidei: niſi pmo ſenſualitas reſtrin-
gatur. vñ ꝯtingit q̄nq̄ꝫ rōne errare in ſenſibili
bus. vnde Ber. rn̄dit. Nō habeo viꝝ. i. in-
tellectuꝫ regentē: ſed adulteꝝ pdentē. ſ. p erro
res. vnde vir illegittimus eſt itellectus errans
a quo aīa non regit̄: ſed pditur ſm Aug. Nā
cū aīa cepat eſſe capax ratiōis: aut a ſapiēte mē
te regitur: aut ab errante. vñ dixit ieſus. Be-
ne dixiſti: non habeo viꝝ. Quinqꝫ. n. habui-
ſti: ⁊ hic quē habes non eſt tuus vir. Myſtice
auteꝫ quinqꝫ viri ſunt quinqꝫ ſenſus. Q̄ꝺ aūt
legittimi dicti ſunt ſm Aug. Ideo eſt: qꝛ a deo
facti ſunt ⁊ anime donati. Aīa autem anteq̄ꝫ
poſſit vti mente ⁊ ratione vtit̄ ſenſibus carnis

Uir aūt illegitimus eſt intellectus errās. Un
de ad oēm operationē vocanda eſt diſcretio in
tellectualis: qꝛ ipſa eſt mater virtutum: ſꝫ dimit
tendus eſt vir ſenſitiuus .i. quinqꝫ ſenſus ⁊ eo
rum motum ⁊ inſtinctuꝫ penitus dimittas: qꝛ
ſm apoſtolum ſpiritu eſt ambulandū: ⁊ deſide
rium carnis: ⁊ ſenſibilitatis nō eſt perficiendū
Et ideo dicit. Domine vt video ꝓpheta es tu
a quo oſtendit ſm Auguſti. Quia intellectus
ad eam venerat non tamen ꝑfecte: qꝛ percepto
modico lumine: obliuiſcitur oīum mundanoꝝ
ſed de ſola doctrina ſollicitatur. Et ideo dicit.
Scio qꝛ meſſias veniet. quaſi. d. Ego iſta per
fidem perfecte capere non potero: ſed veniente
meſſia: tunc omnia ſciemus iſta: ⁊ ſic ſm Au-
guſti. Sciebat quis eam docere poſſet: ſed ta-
men docentem non agnouit.

Tertia conſideratio.

Tertia conſideratio eſt de predicatio-
nis vtilitate: que fuit ſamaritanoꝛuꝫ
conuerſio cum dicitur. Ego ſum qui
loquoꝛ vobiſcum: vbi occurrūt. 8. documēta.
¶ Primum eſt: ꝙ ſicut deus miraculoſe ali-
quid ſuꝑnaturaliter in rebus coꝛpoꝛeis operat̄
Ita etiam ſuꝑnaturaliter ⁊ preter oꝛdinem mē
tes aliquoꝛum in hac carne viuentiuꝫ: ſed non
ſenſibilibus carnis vtentium: vſqꝫ ad viſionē
ſue eſſentie eleuat. Auguſtinus. Mentis hu-
mane acies in tam excellenti luce non figitur.
niſi per iuſtitiaꝫ fidei emundetur. Et ideo red
dit etiam hoīem impeccabilē. Nā cum diuina
eſſentia ſit ipſa beatitudo. Hoc modo habet ſe
intellectus videntis diuinam eſſentiaꝫ: ſicut ſe
habet quilibet homo ad beatitudinem. Mani
feſtum eſt: ꝙ nullus homo poteſt per volunta
tem a beatitudine auerti. Naturaliter eniꝫ ⁊ ex
neceſſitate vult homo beatitudineꝫ: ⁊ fugit mi-
ſeriam. Unde nullus videns deum per eſſen
tiam poteſt voluntate antecedente auerti a deo
quod eſt peccare. Et propter hoc omnes vidē
tes diuinam eſſentiam: ſic in amoꝛe ſtabiliun-
tur: ꝙ in eternum peccare nō poſſunt. Et ideo
petit Pſal. dicens. Oſtende faciem tuam ⁊c.
Gloſa. Ipſe ſolus eſt qui ab infirmitate libe-
rat homines. Tu ergo deus ꝯuerte nos auer
ſos a te. Aliter non conuertimur: niſi tu facias
⁊ oſtende faciem tuam ⁊ illumina famulum tu
um nube carnis velatum: ideſt filium tuum: q
eſt imago tua. Prius enim deus conuertit: ⁊
tunc oſtendit lumen pietatis: nos inſpiciendo
ſaluat. Naꝫ conuerſos ſolet deus reſpicere: in
cuius figura dicit. Ego ſum qui loquoꝛ: quaſi
diceret. Meſſiam queris: ego ſuꝫ chꝛiſtus: qꝛ
ſingulariter pꝛe participibus meis vnctus.
vbi gloſa. Ego ſum quem expectas futurum:
veniſſe agnoſce: ⁊ adducto tecum viro: qui te
regat: que fidei ſunt neceſſaria: diſcere laboꝛa:
Unde quia ſciebat quis poſſet eaꝫ docere: ⁊ cū
eum iaꝫ docentem non agnoſceret: digna erat
vt ſe ei manifeſtaret.
¶ Secundum documentum eſt: ꝙ bona con-
uerſio tria amplectitur. ¶ Primum eſt diſpli
centia ⁊ deteſtatio peccati. vt videlicet quantuꝫ
homo delectatus eſt in bono commutabili in-
oꝛdinate contra deum: tantumqꝫ habeat dete-
ſtationem peccati. Ihere. 25. Conuertimini a
via veſtra peſſima. vnde dicitur. Qd relique-
rit ydriam ſuam: ⁊ curam ⁊ ſollicitudinem ſe-
culi: qua ſenſus ⁊ cogitatio diſtrahuntur: vt ho
mo non valeat defectus conſiderare: ⁊ de eis
diſplicentiam habere. ¶ Secundum eſt dile-
ctio ⁊ affectio ad deum. Et ratio eſt. Quia cuꝫ
bonum in communi ſit obiectum voluntatis:
hoc autem appꝛehendit ſub ſe: bonum exiſtenſ
⁊ apparens. Sicut igitur homo inoꝛdinate de
lectatus eſt in bono apparenti: ſic modo in ple
naria conuerſione dꝫ delectari in bono exiſtē-
te. Sic autem conuertendo ad deum: ipſe ad
nos conuertitur per amoꝛem ⁊ dilectionem.
Unde Zacharie pꝛimo. Conuertimini ad me
⁊ ego conuertar ad vos. vnde dicitur. Veni
te ⁊ videte hominem. Non dicit credite: quia
nouerat: ſi guſtarent ſolum de eodeꝫ fonte hec
eadem faterentur. Quia ſꝫ Criſoſtomū. Ani
ma diuino igne iflammata ad nihil reſpicit ni
ſi ſolum ad eam que detinet flammam. Nun-
quid ipſe eſt chꝛiſtus? Quaſi di. Chꝛiſtus q
futurus expectatur adeſſe videtur. ¶ Tertiuꝫ
eſt deſiderium trahendi omnes ad dei dilectio
nem. Nam gratia diſponens hominem ad cō
uerſionem cauſat in eo habitum caritatis: quo
mediante in eo non ſolum diuinum perficit be
neplacitum ſibi viuendo: ſed alijs proficiendo
Nam ipſa caritas eſt habitus quo diligitur de
us: ⁊ quo volo alium diligere deū: Sed qꝛ ca-
ritas tendit in alterum: nullum excludēs: ideo
affectu charitatis conuerſus per gratiam: vult
omnem hominem deum diligere: ⁊ ad ipſum
pertingere. Et ideo etiam omnia que impe-
diunt nititur auferre: ⁊ premunire: vt poſtpo
nat. Et ideo non ſolū relinquit ydriam: id
eſt concupiſcentiam inclinans ad malum.

ſed abijt in ciuitatē: ⁊ dixit illis hoībus: Glo.
verbo dei cognito: illud vehementer ciuitati-
bus annunciare deſiderat. vnde ipa quaſi te-
nuit locū apl'i reſpectu ciuium: q2 ſm Criſo.
ſic apli vocati deſerūt retia: ita h dimittit ydriā
⁊ euangeliſtaꝝ opus fecit relinquens exēpluꝫ
pdicationibus pus dimittere curā ſecularium
negocioꝝ. Et nō ſolum vnum tm̄ vocat: ſꝫ ci-
uitatem integrā: volens oēs ſaluos fieri: ⁊ ad
agnitionē dei puenire. Prudenter. n. pcedit
iſta mulier. ¶ Primo. n. vocat xp̄m hoiem:
ne ſi diceret eum xp̄m: iraſcerent auditores: ⁊
nollent exire. Non tm̄ totalr ſiluit: ſꝫ quaſi du-
bitatiue pponit: ⁊ ſic eius ſermonē acceperunt.
vnde ſequit. Exierunt aūt de ciuitate illa mul
ti: ⁊ ve. ad xp̄m. In quo docemur: ꝙ ſi ad xp̄ꝫ
ire volumus: opꝫ nos ciuitatē exire. i. amoreꝫ
carnalis cupiditatis. He. 13. Exeam⁹ ad euꝫ
extra caſtra.

¶ Tertium documentum eſt: ꝙ hec cōuerſio
q̄ fit per cognitionem vel dilectionē dei: meri-
toria eſt p gratiā: que cāt in aīa virtutes: qbus
ſingule opationes perficiuntur. ¶ Ratio eſt.
Nam gratia cum ſit radix meriti: a deo ꝯfert:
ſic vt poſſint ſingula opa meritoria ab hoīe p-
fici. Hoc autē fit ſolum p virtutes: qbus ſicut
habitibus exit in opa virtuoſa. Ideo deus ꝯfe
rendo gratiā cauſat virtutes in aīa: qbus opa
meritoria perfici poſſunt. vnde apl's. Omnia
poſſum in gratia: q̄ me ꝯfortat. vnde ſequitur
Et ꝯtinuo venerunt diſcipuli eius. Virtutes
dicunt diſcipuli: q2 ordinant hoiem ad deum:
vel xp̄i doctrinam. vnde lꝫ deus de potētia or
dinata nullum acceptet niſi per gratiā. De po
tentia tamen abſoluta poſſet quenlꝫ hominē in
puris nālibus acceptare ad vitā. vnde ſequit.
Et mirabant: q2 cum muliere loquebat: eam
in puris nālibus acceptando: tamen eius gra
tia eaꝫ puenit. vnde ſm Criſo. mirabant: nō
malum ſuſpicabant de tanta xp̄i manſuetudi-
ne: ꝙ cum muliere aliena. ſ. a fide ⁊ gratia: ſic
humilr ꝯferebat. Nemo tamē dixit. Quid q̄-
ris aut quid loqueris cum ea? ſcientes ſm po
tentiam abſolutaꝫ eam in puris nālibus poſſe
acceptari ad vitam eternam.

¶ Quartum documentum eſt: ꝙ ſpūalis mā
ducatio ⁊ refectio xp̄i eſt ꝯuerſio ⁊ ſalus aiaꝝ:
quas ſibi dum conuertunt incorporat. vnde ſi
cut pctōres ſunt cibus diaboli: ſic penitentes
ſunt cibus xp̄i. vnde xp̄s reficit: quando vere
penitentes ⁊ a malis opibus quieſcētes: incor
porare delectant. Et h quando non vnus: ſed
plures conuertunt. In cuius ſignuꝫ quādoqꝫ
cum iniuſtis veſcebat: vt eos ad iuſtitiā ꝯuer-
teret: aliqn̄ cum pctōribus: vt eos ad pniāꝫ du
ceret: aliquādo cum iuſtis vt eos in iuſtitia ſo-
lidaret: aliqn̄ cum ypocritis vt eoꝝ ſupſtitionē
argueret. vnde ſequit. Interea. i. inter receſ-
ſum mulieris ⁊ aditum ſamaritanoꝝ rogabāt
eum dicentes. Rabbi manduca: arbitrantes
aptum eſſe xp̄s: q2 fatigatus erat ex itinere.
Ille aūt dixit eis: informans eos ad ꝯtemptū
refectionis carnis: ⁊ ad deſiderium refectiōis
ſpūalis: ⁊ dixit eis. Ego cibum hēo manduca
re: quem vos neſcitis: q̄ſtum ad deſideriū no-
tans noſtrā ſalutem ſibi refectionem. Et ſeqt.
Quem vos neſcitis. i. nō capitis. Dicebāt g̃.
Nunqd aliquis attulit ei manducare? Nam
xp̄s ſm glo. recepit ab alijs cibos: vt afferen-
tes meritum ꝯſequerent: ⁊ diſcipuli pauperta
tem nō erubeſcerent. vnde dn̄s audiens cogi
tationes diſcipuloꝝ: inſtruit eos magis dicēs
Meus cibus eſt vt faciā voluntatem eius: q
miſit me: vt pficiaꝫ opus ei⁹. Glo. Volūtas
patris dei eſt: vt credamus in eum: ⁊ in filiuꝫ
quem ipſe genuit. Opus patris eſt noſtra ſa-
lus: quam ipe filius p mortem ⁊ ſuā paſſionē
nobis procreauit. Prime Thimoth. 2. Vult
omnes ſaluos fieri ⁊c.

¶ Quintum documentuꝫ eſt: ꝙ lꝫ conuerſio
ſit effectiue a gratia dei: eſt tamē diſpoſitiue a
libero arbitrio eligente. Ratio eſt. Ex h enīꝫ
liberi arbitrij dicimur: ꝙ poſſumus vnum re
cipere alio recuſato: quod eſt eligere. Et ideo
nām liberi arbitrij ex electione cōſiderare opꝫ.
Ad electionem aūt ꝯcurrit aliqd ex pte cogni-
tiue virtutis: ⁊ aliquid ex parte appetitiue.
Ex pte cognitiue requirit conſiliuꝫ: per quod
dijudicat quid ſit alteri pferendum. Ex parte
autem appetitiue requirit ꝙ apprehēdendo ac
ceptetur illud: quod per ꝯſilium dijudicat. Et
ideo in. 3. ethi. libeꝝ arbitrium vocatur deſide
rium conſiliabile: q2 ppriuꝫ electōis eſt id: qꝺ
eſt ad finem. Hoc aūt inq̄ſtum huiuſmodi hꝫ
rationem: q2 dicit vtile: pꝫ cum bonum ſit ob-
iectum appetitus: ꝙ conuerſio ſit a libero arbi
trio diſpoſitiue eligente. vnde ſequit. Nonne
vos dicitis ꝙ adhuc decē menſes ſunt: ⁊ meſ-
ſis venit? Glo. Vocat mentes ſamaritanoꝝ
diſpoſitas ad recipiendum verbum dei regio
nes dealbatas. Sicut. n. ſpice cuꝫ dealbate fu
erint: parate ſunt. Ita ⁊ hij parati erant. Et

ideo hortatur ſuos diſcipulos ſm glo. dicens. Ecce dico vobis leuate oculos veſtros: ⁊ vi/dete regiones: q2 iam albe ſunt ad meſſe3: quaſi dicat adiuuate per p̄dicationes ad implendū voluntatem patris: q2 parata eſt meſſis. Uidete gentes facile credētes. Albe ſunt ad meſſe3 Glo. Tranſacta hyeme infidelitatis: adeſt calor fidei: ⁊ parata ſunt corda: vt opera iuſtitie ex eis colligatis.

¶ Sextum documentu3 eſt: ꝙ doctores fidei ſunt apud deum magni meriti: q2 illa que do/cebant: etiā exemplo exhibebant: q2 facta plus mouent: ꝗ̄ verba. vnde apl's ad Titū. Pre/be exemplum bonoꝝ opum in doctrina. Iſta duo. ſ. exempla ⁊ doctrina obuiant: vt doctri/na p exempla bonoꝝ opeꝝ cōfirmemur: ⁊ per doctrinā homo ad bona opa excitetur perfecte ad deum redeundo. vnde ſequtur. Et qui me/tit mercedem accipiet. Glo. Prophe ſeminauerunt: ⁊ apl'i illud meſſuerūt. Predicatio tamen aploꝝ ſeminatio dici pōt ⁊ meſſis. Meſſis qdem reſpectu pphaꝝ: quia ſm Orige. in qual3 facultate illi ſeminant: q p̄nᵃ tradūt. Sicut. n. ſemen virtual'r eſt tota arbor: ita ſcientia tota virtual'r eſt in p̄ncipijs. Illi aūt metunt in ſcientijs: qbus declarando principal'r inde fructum ſcie eliciunt. Dicitur etiam predicatio aploꝝ ſemen reſpectu fidei: ⁊ boni opis reſpectu ſubditoꝝ. Eadem etiā bona opatio eſt ſemen reſpectu vite eterne. vnde apl's. Qui ſe/minat in benedictionibus: de bene. ⁊c. In h igit verbum vulgare dictum eſt: q2 alius eſt q ſeminat: ⁊ alius q ⁊c. vnde vnus laborat: ⁊ alius fructu3 ſuſtulit. Quia ego miſi vos metere quod non laboraſtis. vnde l3 alij laboraſſent: hij tamen laborem illoꝝ intrauerunt: tollēdo meritum: qđ per alioꝝ p̄dicationem erat ſeminatum. vnde glo. Utroq3. n. opus erat: ſemi/natore: ⁊ meſſore. Niſi enim parati fuiſſent p pphas: non ita facil'r audiſſent aplos. Non enim crederet aplis: niſi pphe p̄ceſſiſſent.

¶ Sepⁿ documentū eſt: ꝙ p nāle3 rōe3 poſſumus duci in veritatē fidei cognitōis. Nam l3 meritoria cognitio ⁊ dilectio dei non eſt niſi per grāa3. Eſt tñ cognitio aliqua dei: ⁊ dilectio nālis. Nam nāle eſt ꝙ mens humana ad in/telligendum deum rōne vti pōt: ſm ꝙ imago dei ſemper pmanet in mēte: ſiue ſit obumbrata: vt pene nulla ſit: vt in hijs que non habent vſum rōnis: ſiue ſit obſcura atq3 deformis: vt in peccatoribus: ſiue ſit pulchra: vt in iuſtis. Hec Augu. libro retractionum. Non approbo qđ dixi. Deus qui nō niſi mundos veꝝ ſcire voluiſti. Poteſt etiā non mundus multa ſcire vera. Et h per rōnem nāle3. vnde ſequit Ex ciuitate aūt illa multi crediderunt in eu3 ppter verbum mulieris. i. nālem rōnem: que ēt pōt nos de vero informare: ⁊ pfectio fidei fa/cta eſt per xp̄m. Ideo ſequit. Cu3 ḡ veniſſent ad illum ſamaritani rogantes illum: vt ibi maneret: q2 ꝯcepta fide per eius doctrinā deſide/rabant amplius informari ad fidei ꝯfirmatio/nem: ad quod ratio nālis non ſufficiebat.

¶ Et nota h ꝙ ſamaritani exeunt: rogāt: ⁊ exaudiunt: ⁊ xp̄s duobus diebus apud eos manet: q2 ſm Orige. xp̄s manet apud deprecantes: ſi exeuntes ciuitatem mundi verſus eum veniunt. Manet etiam apud eos biduo. quia eis largit amorem dei ⁊ proximi.

¶ Octauum documentu3 eſt: ꝙ per gratiam xp̄i perfectior cognitio fidei habet: ꝗ̄ per rati/onem nālem. Ratio eſt. Nam cognitio quam per rōne3 nālem habemus: ad minus duo requirit. ſ. fantaſma ex ſenſibus accepta: ⁊ lumē nāle intelligentie: cuius virtute intelligibiles cognitōes ab eis abſtrahimus. Et ꝗ̄tum ad vtrunq3 iuuatur humana cognitio per reuelationem gratie. Nam ⁊ lumen nāle intellectus ꝯfortatur per infuſione3 luminis gratuiti: ⁊ interdum etia3 fantaſmata in imaginatione hoīs formant diuinitus magis exprimendo res diuinas: ꝗ̄ ea que natural'r a ſenſibus accipimus: ſicut apparet in viſionibus pphalibus. Et interdum etiā alique res ſenſibiles formant di/uinitus: vt voces ad aliqd exprimendu3: ſicut in baptiſmo viſus eſt ſpūs ſanctus in ſpecie columbe: ⁊ vox patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus. vnde ſequit. Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius. Glo. Quidā crediderunt ppter verba veritatis dei: vel qdam ppter ſigna predicationis. Iohis. 2. Multi crediderunt in noīe eius: videntes ſigna: vel ppter exemplu3 ſue ſctitatis Iohis. 4. Si nō vultis mihi credere: opibus credite: ⁊ mulieri dixerūt. Quia ia3 nō pp tuā loquellam credimus: q2 nō ſufficiens eſt ratio naturalis. Ipſi. n. audiuimus ⁊ ſcimus: firmiter credendo: q2 in fide maior eſt certitudo ad/herere: ꝗ̄ ſcie. ꝗ̄uis ibi ſit tanta certitudo eui/dentie. Et q2 non ſufficit corde credere: ſed re/quirit ore ꝯfiteri. Ideo dicit. Quia h eſt vere: quo ad eminentiam ſingularem. Saluator:

quo ad efficaciam ſalutarem. Mundi: quo ad influentiam gratialem.

¶ Sabbato poſt dominicam tertiam quadrageſime. Sermo ſexageſimus quartus.

Errexit iheſus in monteʒ oliueti. Joannis. 8°. Scd̄m q̄d dicit beatus Augu. in libro de ſpiritu ⁊ anima. Nemo d̄ dei pietate diffidat: quoniam maior eſt eius mĩa: q̄ʒ noſtra miſeria: ⁊ q̄ſ quis ad deum ex toto corde clamauerit: exaudiet illum: q2 miſericors eſt. Uelocius ſiqdeʒ videtur deus peccatori veniã dare: q̄ʒ ipſi peccatores accipe. Sic.n. feſtinat abſoluere reuʒ a tormento ↄſcie ſue: quaſi plus cruciat eum cõpaſſio miſeri: q̄ʒ ipſum miſeꝝ ↄpaſſio ſui. Sicut oſtendit̃ in euangelio p̄ſenti ſub myſtico intellectu: ⁊ habet̃ in gloſa. d. Quia mos ei erat de die dominico eſſe in tẽplo: ⁊ veſpere reuerti in Bethaniam: que eſt in monte oliueti: myſtice ſignificat altitudinẽ miſericordie. Uñ vobis chriſma.i. vnctio. Et mane redit ad templum. Mane eſt exortus noue lucis poſt tenebras legis: quo fidelibus in templo eius miſericordiam venit pandere ⁊ dare. Et ſeſſio eſt humilitas incarnationis: q2 miſeretur ⁊ docet vnde libentius ppl's venit ad ipm. ſed inimici phariſei temptant de iuſtitia an contradicat. Sciebant enim eum eſſe manſuetum: ⁊ miſericordie predicatorem. vnde placebat populo ⁊ ideo putabant eum dicturum dimittendam eſſe adulteram: ⁊ in hoc diceretur eſſe hoſtis legis. Et ideo etiam cum adultera eum eſſe reũ mortis. Q̄d ſi ſm legem lapidandaʒ dixiſſet: deriderent eum: quaſi non haberet manſuetudinem. quam predicabat: pro qua amabatur Ipſe autem neutra calumnia capitur: ſed ſeruata manſuetudine reſpondit quod eſt vere iuſtitie. Qui ſine peccato eſt: primus in eam lapidem mittat. Non autem ſtatim iudicat: ſed inclinans ſe, digito ſcribebat in terram. Digito dei fuit ſcripta lex in lapide pro duritia huius populi. Nunc tam inclinatus in hoie ipſe chriſtus legis eſt lator. Scribens in terra: que fructum reddat temporibus ſuis. Docet autẽ nos auditis malis alicuius: non temere iudicare: ſed prius digito diſcretionis noſipſos intus diſcutere: ſicut illis dicit. Qui ſine peccato eſt veſtrum: quaſi diceret: prius ſitis iuſti: vt poſt recta puniatis. Si enim lex iubet punire reos: non tamen a ſimiliter puniendis. Ecce plena iuſtitia: vt iuſtus mala puniat: non iniuſtus. Illi igitur vel ream dimittant: vel cuʒ ea penam ſuſtineant. Unde ſententia iuſtitie quaſi illi conſcij malorum percuſſi ſunt. Iteruʒ ſcribit more primo: vultum auertens: vt illis iter ſit liberum exire: quos preuidebat citius exituros: quam plura interrogaturos. Et ſecundũ hoc in euangelio occurrunt nobis quatuor conſideratones.

Prima ↄſideratio.

Irca primam conſiderationem: que eſt de chriſti ſpirituali eruditione: cũ dicitur. Perrexit ieſus. ſunt tria documenta.

¶ Primum eſt: ꝙ doctor fidei in exordio ſpiritualis eruditionis cum deuota oratione adire debet altitudinem diuine ſapientie: qua ſpeciali illuſtratione ibi hauriat quod alijs proponat in ſalutem animarum: quia vt Jacobi primo dicitur. Omne datum optimum: ⁊ omne donum p̄fectum ⁊c. vbi gloſa. Quicquid boni agimus: non eſt a meritis noſtris: ſed a ſola gratia diue volũtatiſ. Et ideo dr̃ pater luminum.i. auctor omnium ſpiritualium donoruʒ q2 in diſtributione donoꝝ ſola lucis dona: nõ tenebras errorum immittit. vnde h̄ per deuotaʒ orationem impetratur. Mat. 20. Omnia quecunq̄ʒ petieritis patrem in oratione credentes accipietis. vnde dicitur. Jh̄s perrexit in montem oliueti. Glo. Cauſa orandi.

¶ Scd̄m documentum eſt: ꝙ quinq̄ʒ ſunt p̄dicabilia ordinãda in ſalutem: que quilibet doctor dʒ oſtendere opere ⁊ ſermone. ſ. pax: penitẽtia: que eſt ſpũalis medicina: miſericordia cognitio ⁊ humilitas. Patet de ſingulis.

¶ Primo de pace: de qua dicitur. 2°. corint. vltimo. Pacem habete: ⁊ deus pacis erit vobiſcum. Hec cõformat nos diuine voluntati: quia in terra pax hoibus bone voluntatis. vñ Aug. Qui iugo xp̄i ſubiectus eſt: ſubiecta hʒ cetera.i. pace: quia nõ reſiſtit quod ſubiectũ eſt.

¶ Scd̄m eſt penitentia: q2 eſt ſpũalis medicina. vnde ſicut ſanitas non habetur ſine medicina: ſic ſine penitentia non põt gratia adipiſci Et ideo dicit̃ ſcd̃a tabula: q̄ naufragiuʒ paſſis per pctũ mortale neceſſaria eſt ad ſalutem.

¶ Tertium eſt miſericordia. vnde cum miſe

ricordia ſit virtus reſpiciens indigentiam alio
rum: impetrat apud deum miſereri. Grego.
Ire dei reſiſtitur: quando ipſemet qui iraſcitur
miſericordia compellitur miſereri. ¶ Quar/
tum eſt cognitio beneficiorum dei. Hec autē
meretur eorum augmentationem: inquantum
hominem facit deo gratum. vnde Bernar.
Ad locū vnde exeunt flumina gratiaꝝ reuer
tuntur: vt iterum fluant. ¶ Quintum eſt hu/
militas: qꝛ facit nos deo acceptos. Judith. 9°.
Humilium ⁊ manſuetoꝝ ſemper tibi placuit
deprecatio. Hoc. n. innuitur in hoc: ꝙ ihs per/
rexit in montem oliueti. In monte oliueti ex/
cellētia pacis ⁊ medicine: miſericordie ⁊ cogni
tionis ⁊ humilitatis deſignatur. Eſt. n. oliua
ſignum pacis. vnde geneſis. 8. dicitur: ꝙ co/
lumba attulit ramum oliue in ſignum ceſſatio
nis diluuij: ⁊ ꝙ deus recōciliatus eſt mundo.
¶ Secūdo oleum eſt medicinale ſignans pniaꝫ
vnde ſicut oleum infuſum in vulneribus ſau/
ciati: ipſa ſanat. ſic pnia curat ſpūales morbos
Luce. 7. Quis eſt hic: qui etiam pctā dimittit?
¶ Tertio oleum eſt miſericordia. Nam ſicut
oleum ſupnatat oibus liquoribus: ſic miſera/
tiones eius ſuper oia opera eius. ¶ Quarto
oleum eſt cognitio. Nam olei eſt illuminare:
ſic ⁊ cognitio reꝝ notitias cognoſcere facit.
Roma. primo. Inuiſibilia dei ⁊c. ¶ Quinto
oleum eſt humilitas. Nam ſicut oleum ſedat
tumorē: ſic ⁊ humilitas cordis tumorē. Mat.
23. Qui ſe humiliat exaltabitur.
¶ Tertiū documentuꝫ eſt: ꝙ ad efficaciaꝫ do
ctrine reqritur ꝙ triplici ꝯditione ſit vallata. ſ.
ꝙ ſit diligenter exhibita: cōmuniter inſinuata:
et auctētice approbata. ¶ Primo dꝫ eſſe dili/
gēter exhibita. ſ. vt nō ſolū bonis: ſed etiaꝫ ma
lis ſit ad ꝑfectum: qḋ apoſtolus docet. ſecunde
ad Thy. 4. Predica verbum: inſta opportu
ne importuneqꝫ. q. d. Predica verbum ⁊ in
ſtanter pdica. ſ. opportune: qūtuꝫ ad eos: qbus
placet: ⁊ importune. ſ. audire nolētibus. vnde
ſequit. Et diluculo iteꝝ venit in templū. Glo.
vt oſtenderet zelū animaꝝ. ¶ Secūdo debet
eſſe communiter inſinuata contra illos qui ſo/
luꝫ dant ſe ſubtilitatibꝰ: in quibus quo ad cōes
nullus eſt fructus. Et ideo eoꝝ meritū negligi
tur: et labor fruſtratur: ſed debet eſſe cōmunis
vt quilibet ſm ſuaꝫ conditionem reportet diſci/
plinam. Et ideo dicit apoſtolus ſecunde Thy
mo. quarto. Tu vero vigila dum tempus ha
bes in diſciplinaꝫ: ⁊ in omnibus laboribus: ⁊
opus fac euangeliſte: ideſt quod ore predicas:
hoc opere teſtare. vnde ſequitur. Et omnis
populus venit ad eum. vt ſcilicet quilibet re/
ciperet documentum ſibi competens. ¶ Ter
tio debet eſſe auctētice approbata ꝯtra illos qui
quandoqꝫ formant ſibi fatuas fantaſias. vnde
dicitur. Sedens docebat eos. Unde Augu/
ſtinus. Sedere pertinet ad magiſtros: vel ad
dignitatem magiſtri: quaſi diceret: ꝙ debet in
docendo ſedere: ideſt contentus eſſe in dictis
ſanctorum ⁊ doctoruꝫ poſtponendo erroneas
fantaſias ⁊c.

Secunda ꝯſideratio

Circa ſecundam conſiderationem:
que eſt de phariſeorum calumnioſa
temptatione: ibi. Adducunt autem.
vbi occurrunt quatuor documenta.
¶ Primū eſt: ꝙ licet fides: ſpes: caritas ſim
pliciter ſint virtutes potiores: ideo quia ſim/
pliciter ordinant in bonum: ⁊ ipſum perfecti/
us faciunt cōſequi: tamen manſuetudo ſm qḋ
eſt potiſſima inter virtutes: quibus reſiſtitur
affectionibus prauis. Nam ira quaꝫ manſue
tudo mitigat propter ſuum impetum: maxime
impedit rationem hominis: ne libere iudicet
veritatem. Et ideo dicitur ꝙ preparat hoiem
ad deum: ſcilicet iraꝫ mitigando: ⁊ veritati nō
contradicendo. Hoc etiaꝫ patet ratione. Nā
tanto aliqua dicitur potentior virtus: quāto ma
gis acceptatur a deo ⁊ hominibus. manſuetu/
do eſt huiuſmodi. vnde eccl'ia. primo. Bene
placitum eſt deo fides ⁊ manſuetudo. Chriſtꝰ
etiam ſpecialiter inuitat nos ad manſuetudinē
dicens. Diſcite a me qꝛ mitis ⁊c.
¶ Secundū documentum eſt: ꝙ iuſtitia ⁊ ve
ritas a malis patiuntur ꝑſecutionem: ⁊ miſeri
cordia: ⁊ manſuetudo abiectionem. In cuius
ſignum phariſei allegantes legis iuſtitiā: ⁊ ſci
entes miſericordie ⁊ manſuetudinis portionē
in xpo cautam temptationem fecerunt: vt quā
cunqꝫ partem teneret ſiue iuſtitie: ſiue māſue/
tudinis contradictionem pateretur. vnde ſm
gloſaꝫ neutra calumnia capitur: ſꝫ ſeruata mā
ſuetudine. Reſpondit ꝙ eſt iuſtitie. vnde ſeq
tur. Addducunt autem ſcribe ⁊ phariſei mu/
lierem in adulterio deprehenſam. Hic inter/
linearis gloſa. Interrogant non vt adiſcant:
ſed vt veritati laqueos nectant. Ideo adducūt
adulteram: damnatam a lege ad mortem.
Deuteronomij vigeſimo ſecundo. Si dor/
mierit vir cum vxore alterius: vterqꝫ moriet.

Sequitur. Et lapidibus obruetur: vt ſi iudicaſſet eam dimitti reus eſſet legis: qđ ſperabāt ꝓpter eius magnā mititatē: q̄ ſi econuerſo eā lapidandā dixiſſet: eum imitem ⁊ crudelē iudicaſſent. vnde ſeqtur. Hec autem dicebant tēptantes eum vt poſſent accuſare eum.

¶ Tertium documentū eſt: q̄ lex ꝯtra adulterium ſtatuit maximā penam. ſ. mortem: ⁊ hoc vt terrore mortis hoīes ab hoc peccato arcerentur. vnde ſeqtur. In lege aūt mandauit moyſes huiuſmodi lapidare. ¶ Nota tñ q̄ non ſolum ꝓpter grauitatem culpe: ſed etiam ꝓpter alias cauſas pena grauis infligit̄. ¶ Primo quidē propter grauitatem culpe ⁊ q̄ntitatē peccati: q2 maiori peccato maior debet̄ pena ceteris pib⁹. ¶ Scđo ꝓpter peccati ꝯſuetudinem: q2 a peccatis ꝯſuetis non faciliter abſtrahuntur: niſi ꝑ graues penas. ¶ Tertio propter multam ꝯcupiſcentiā ⁊ delectationem in peccato. Ab hijs eniꝫ hoīes non faciliter abſtrahunt̄: niſi ꝓpter graues penas. ¶ Quarto propter facilitatem cōmittendi peccatuꝫ vel labendi in ipſuꝫ. Huiuſmodi enim peccata quando manifeſtantur ſunt magis punienda ad aliox terroreꝫ.

Tertia ꝯſideratio.

Circa tertiam ꝯſideratione q̄ eſt de xp̄i virtuoſa reſpōſione cū dr̄. Jeſus aūt iclināſ ſe. vbi occurrūt. 3. docu^a.

¶ Primū documentum ē: q̄ oēs differentie veteris ⁊ noue legis accipiunt̄ ſm ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. Nam precepta legis cuiuſlibet dant̄ de actibus virtutū: ad ope͂randum aūt virtutū opa: aliter inclinant̄ imꝑfecti: q non hñt virtutis habitū: ⁊ aliter illi q ſunt ꝑ habitū virtutis ꝑfecti. Illi. n. q nondū habēt habitū virtutis inclinātur ad agenduꝫ opa virtutis ex aliqua cauſa extrinſeca: puta ex ꝯminatiōe penax vel ex ꝓmiſſione doni extrīſeci: puta diuitiax. Et ideo lex vetus que dabat̄ imꝑfectis. i. nōdum ꝯſecutis grām ſpūalem. Dicebat̄ lex timoris inq̄ntuꝫ inducebat ad obſuantiam ꝓceptox ꝑ ꝯminationem penax: ⁊ vt haberet tp̄alia promiſſa. Illi autem qui habēt virtuteꝫ inclinant̄ ad virtutes opa ꝓpter amorē virtutis: non ꝑꝑ aliquam penam aut remunerationem extrinſecam. Et iō lex noua que ꝯſiſtit in ſpūali gratia indita cordibus. Dicit̄ lex amoris: etiā dicit̄ habere ꝓmiſſa ſpūalia ⁊ eterna: que ſunt obiecta caritatis. Et ideo lex vetus dr̄ ꝓhibere manuꝫ non animum: q2 q timore pene ab aliquo petō abſtinet nō ſimpl'r eius volūtas a peccato recedit: ſicut voluntas eius q ex amore abſtinet. vnde ſequitur. Jeſus autem inclinans ſe: a rigore iuſtitie Digito: ideſt gratia ſpirit⁹ ſancti. Scribebat: modificādo iuſtitiaꝫ. In terra. ſ. noſtre infirmitatis excuſantis peccatū ipꝫ inuolūtariū reddēdo: vt ſic grā delicto ſuperabundaret.

¶ Scđm documentum eſt: q̄ oēs iudicantes ſeu accuſantes ſi rei ſunt in hijs in q̄bus alios iudicant ſeu accuſant a iudicio ſunt refellendi. Nam ſm Aug. Judicās aliuꝫ q iudicandus eſt ſeipſuꝫ ꝯdēnat. Studeat igit̄ a ſe proijcere qđ in alijs dānoſuꝫ viderit accuſandum. vnde ſequit̄. Cū auteꝫ ꝑſeuerantes interrogarent eū erexit ſe ⁊ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtx ꝑmus in illā lapidē mittat. q. d. ſm glo. Primus ſitis iuſti: ⁊ poſtea reaꝫ puniatis. Si. n. lex iubet puniri reos: non tñ ſimil'r a puniendis. Sed querit̄ vtx iudex reus de eodem peccato de quo alium iudicat peccet mortal'r ferēdo ſententiaꝫ ꝯtra taleꝫ: maxime ſi peccatū eſt occultū Naꝫ ſi eſt manifeſtum tūc nō eſt dubium ipm peccare alios ſcandalizādo. Ad qđ dicendum q̄ talis aut penitet ſe peccaſſe: aut nō. Si vere ⁊ ex corde penitet: cuꝫ iaꝫ coram deo peccatuꝫ eſt deletū: ſic quo ad culpaꝫ non peccat. Sꝫ ſi nō penitet. Aut tunc fert ſnīaꝫ ſicut miniſter legis ſic non peccat ex hoc q̄ ſnīam ꝓfert: q̄uis peccet ex hoc q̄ fecerit talia: q̄bus dignus eſt ſimilem vel forte maiorem ꝯtra ſe ſnīam recipere. Aut fert ſnīam ꝓprio motu: ſic ſimpl'r peccat: cum nō moueat̄ ad hoc ex amore iuſtitie: ſed ex aliqua alia mala radice.

¶ Tertium documentū eſt: q̄ phariſei ⁊ ſcribe circa iudicialia ꝑcepta dupliciter errabant. q2 quedam que in lege erant tradita tanq̄ꝫ promiſſiones. Eſtimabant̄ ꝑ ſe eſſe iuſta. ſ. repudium vxoris: vel vſuras accipere ab extraneis Alio modo errabant credētes quedā que lex iſtituerat facienda ꝑꝑ iuſtitiaꝫ eſſe exequenda ex appetitu vindicte: vel ex cupiditate: vel ex odio inimicox. Et ideo circa huiuſmodi iudicialia ꝑcepta legis quedā dn̄s explanauit ꝑꝑ malum intellectuꝫ phariſeox. Et ideo ꝓhibuit vxoris repudiū ⁊ vſurax acceptionē. Luc. 6. Iteꝫ appetitum vindicte credebant eſſe licitum ꝑꝑ preceptuꝫ talionis datuꝫ ꝑꝑ iuſtitiaꝫ. Quod remouet dn̄s hortans nos ad caritatē. Vnde dn̄s ꝑcepta legis ipleuit ope ⁊ doctrina. Ope q̄dem quia circuncidi voluit: ⁊ alia legalia obſeruare que erant obſeruanda illo tempore. Gal. 4°. Factum ſub lege ⁊c. Impleuit etiam doctrina.

¶ Primo. s. intellectum legis exprimendo: sicut pz in homicidio & in adulterio: i quorum prohibitione pharisei nō intelligebant nisi exteriorē actum prohibitum. vnde dn̄s legem adimpleuit: ostendendo etiam interiores actus peccatorum cadere sub prohibitiōe. ¶ Scd̄o ea adimpleuit. s. superaddendo quedā pfectionis cōsilia: vt patet Mat. 19. Unum tibi deest. Si vis pfectus eē vade & vende oīa que hēs &c. vnde sequitur. Et iterum se inclinans scribebat in terra. q. d. fm glo. Digito dei fuit scripta lex in lapide propter duritiā ppli legem male interpretantis & intelligentis. Sed data snīa iustitie fz intentionē legislatoris: qua pharisei pscij erroris & malorū pcussi sunt. Iterum scribebat in terra. s. humane mentis errorē corrigendo: & scripturā melius explanādo. Audientes aūt hec vnus post aliū exibant. vnde glo. Audientes aūt hec in voce iustitie: tanq̄ telo pcussi sese inspiciētes & reos inuenientes. Vnus post alium exibāt incipiētes a seniorib⁹. Dani. 13. Egressa est iniqtas a senioribus israel. Et remāsit ihs solus. quo ad veritatis ostensionem. Remāsit inq̄ mīa & miseria simul fz Aug. Misericordia ex pte dei xpi. Miseria ex parte mulieris.

Quarta psideratio.

Circa quartā psiderationem: q̄ est de mulieris dignatiua absolutōe: cum dicitur. Erigens aūt se ihs. vbi occurrunt tria documenta.

¶ Primum est: q cum mīa & iustitia sint xpo appropriata: tn̄ magis pprie dicit misericors: q̄ iustus: cum sine nobis actū iustitie nō posset exequi: & mīam semp sine nobis pōt adhibere fz q misericordia pprie respicit magis miseriam ibi plus dz misereri: vbi amor miseria reperit. Sed lz adulterium spūale: quod est spreto deo adhesio diabolice iussionis: est maxima miseria tn̄ hanc miseriā non respuens propter indignitatem: sed magis oculo mīe respiciens: parat⁹ est eam sibi misericorditer in gratia copulari. Et ideo dicitur in psona mansueti xpi Jhe. 3. Tu aūt fornicata es cum amatorib⁹ tuis mltis tamē reuertere ad me: & ego suscipiā te: Glo. Argumentum iustitie pponitur: & tamen nob post lapsum reuertētibus nō iustitia: sed pietas exhibetur. vnde si nobis delinquētibus tanta pietate parcit: & post delictum redeuntibus gratia exhibet: debemus saltem pietatem vocantis erubescere: si iustitiam volumus formidare. q tanto grauiori improbitate ptemnit: q̄to cōtemptus ad hec vocare non dedignatur. vnde sequitur. Erigens aūt se a terra: faciem. s. eleuans se ad mulierem cōuertit: ostendens eam iam ad gratiam fuisse receptā. Ihs. i. saluator.

¶ Scd̄m documentum est: q puertentibus se ad h q in gratia subsistant: quadruplex pfertur adiutorium. ¶ Primum est spūalis informatio: qua deus sic ad gratiā acceptum: spiritualiter sic informat. s. de deformatiōe peccati: vt fugiat. de seueritate iudicij: vt formidet. de sagacitate iudicis: vt timeat. de acerbitate gehenne: vel de incertitudine hore mortis: vt. s. citius se disponat. Talis aūt informatio aliquādo fit per spūalem reuelationē. Aliquādo per scripture pdicationem. Aliqn̄ per mali expiationem. vnde sequitur q ihs dixit eis sic informādo &c. ¶ Scd̄m est nāe flexibilitas: qua homo subijcit se diue volūtati. vnde lz voluntas creata pp libertatem nature nō possit necessitari: tn̄ pōt diuina motione manuduci: que qdem manuductio est sibi quodāmodo naturalis. Sic est sibi a deo nāle a deo recipe creationē: & esse sic est sibi naturale a deo recipe inclinationem ad h vel ad illō faciendum. Et tales sunt idonei ad puersionem ad deum: de qbus Ezech. Auferā cor lapideum de carne vestra &c. vnde sequit. Mulier. Mulieres hn̄t cor magis ductile & facilius ad pniam trahunt: q̄ viri. Nam frequenter benigne sunt. vnde dicit sapiens. vbi nō est mulier: ingemiscit eger. ¶ Tertiū est oīum impedimētorum ablatio. Sunt. n. quatuor: que nos impediunt in gratia cōsequēda. ¶ Primum est recordatio pōris status cum delectatione. Hanc deus aufert: qn̄ aīe inspirat notitias rerum mundanarum: qua dulcedo mūdi de aīa extrahitur amaritudine eius remanēte: faciens ei intantum displicere: q̄tum antea te: delectabat. ¶ Scd̄m est horror incussus austeritate rigoris pnialis: q respuunt pēnitentiam propter rigorē eius: ignorātes delectationem post triumphū: quam psequunt. vnde q̄uis pnie insit tristitia pp rigorē: hz tamen delectationē in fine pp fructum. vn̄ ad heb. 12. Omnis disciplina in pn̄ti nō est gaudij: sz meroris. ¶ Tertium est mali exempli corruptio. Tales etiam mala exemplo psequuntur. vnde Bernar. Si pprium sanguinem dedit: est pciū aīarum xps: mihi videt grauiorem ab eo sustinere psecutionem: qui exēplo pnicioso occasione scandali auertit ab eo animas: quas redemit: q̄ a iudeo qui sanguinem eius fudit.

Ad refutandum ergo corruptionē mali exēpli ſubiūrit edificationē p exēpla ſctōꝝ. ¶ Quartū eſt ſpes longioris vite. Hanc ſuſtulit per horē mortis incertitudinē. vñ Augu. de ſpiritu et anima dicit. Plane ſcio qa ſumus mortales: et ſiue volum⁹: ſiue nolumus omnes morimur. Nil morte certius: nil hora mortis incertius. Ideo debemus ſemper eſſe parati: vt cū corpus reuertitur ad terrā: de qua ſumptū eſt: ſpiritus ad dominū redeat: qui fecit illum. vnde ſequit. Mulier vbi ſunt qui te accuſabāt Glo. iterlinea. Hos fugauit iudicio iuſtitie. ¶ Tertium documentum eſt: ꝙ gratia cōfert ea: que expediunt ad ſalutē: que ſunt virtutes: quas cāt collata gratia. Que cū ſit radix meriti neceſſario oportet ꝙ cauſet virtutes i anima: qbus exitur in operationes meritorias: de quo Aug. pulchre loqtur in libro de ſpiritu et anima. d. Habet anima affectiones: quibus exercet ad virtutes. Dolor nāq; de peccatis: timor de ſupplicijs: deſiderium de promiſſis: gaudium de premijs: q̄ vera ſunt exercitia virtutum Habet et̄ virtutes in qbus inſtruit̄ ⁊ armat̄ cōtra vitia. Prudentie eſt nihil penitentem appetere: et nihil p̄ter iuſtū velle facere. Temperantie eſt nihil preter turpia timere: ⁊ qcqd agim⁹ vel cogitamus ad rationis normam dirigere. Fortitudinis eſt terrenas cupiditates non ſolū reprimere: ſed penitus obliuiſci. Iuſtitie ē oēꝫ animi cogitationeꝫ ad ſolū deum errigere eūq; tanq; nihil aliud ſit ſola mente intueri. Habet etiam anima ſupnaturales. i. infuſas virtutes qbus initiatur ⁊ conſecratur deo. ſ. fidem: ſpeꝫ ⁊ ſacramenta eccleſie. Habet etiam virtutes: qbus proficit: ⁊ qb⁹ deo ꝯiungit̄: ⁊ intimatur. ſ. humilitatem: q̄ cā deo ſubijcit. puritatē: que eā deo iungit caritatem: que eam deo vnit. Quia igitur has gratias in nobis cauſando ꝯtulit: diligenter debemus eis inſiſtere: non procraſtinādo: vt a damnatione eis mediantibus erui mereamur. Vñ beatus Augu. de conflictu vitioꝝ ⁊c. animans nos ad exercitia virtutū dicit Quid tibi ad hec pferenda tam longa temporis ſpatia ꝑponis? Nunqd ſcis ſi craſtino viuas: immo ſi vel vnā horam in hac vita facias neſcis: vt xp̄s in euāgelio dicit. Vigilate quia neſcitis diem neq; horam. Quapropter diſcute corporis inertiam: ſemperq; memento quia regnum celorū nō tepidi: nō molles: neq; deſides: ſed violenti vimq; facientes diripiunt. Hec Aug. vnde ſequitur. Nemo te condemnauit mulier. q. d. fugatis impedimentis nōdum eijcit̄ ꝯdemnata. Et ideo q2 fragilitatē cognoſcis: dotaliciū virtutū tibi dabo: vt nō condemneris. Seqtur. Nemo dñe. Nec ego te ꝯdemnabo: ſed potius ſaluabo: q2 veni ſaluos facere pctōres. Et ita libata eſt ab impedimentis: ⁊ dotata virtutibus: ⁊ abſoluta a pena: ⁊ a culpa: ⁊ a damnatōe ſecurata. Vade: de virtute i virtutē: ope. ſ. ⁊ affectiōe. Et amplius noli pec. q. d. q2 nō te: ſed pctm̄ opꝫ rite condēnare Pſal. Dulcis ⁊ rectus dñs. Nec ego te ꝯdēnabo: vade ⁊ am. no. pec. Hic xp̄s aīam peccantem: ⁊ a pctō reuertentem tripl'r inſtruit. ¶ Primo. n. ꝑmittit ei beneficium miſationis: vt ꝑuocet eū ad gratiaꝝ actionē: ibi. Nō ego te ꝯdēnabo. ¶ Scdo inducit exercitium bone opationis: vt excitet ad meritoꝝ emulationeꝫ: ibi. Vade. ¶ Tertio interdicit piculū recidiuatōis: vt adhibeat debitā circunſpectionem: ibi. Amplius ⁊c.

¶ Dominica quarta quadrageſime: q̄ eſt dominica letare. Sermo. 65.

Abiit ihesus trans mare galilee: quod eſt tyberiadis. Iohis. 6°. Scdꝫ qđ dicit quidā ſctūs. Omnipotētia dei dicit̄ eē maxima in parcēdo hoib⁹ ⁊ miſerēdo. Naꝫ vltimus effectus diuine virtutis eſt libere pctā condonare: ⁊ parcendo hominibus: ⁊ miſando eos ꝑducere ad participationem infiniti boni. Nam miſcordia conſiſtit in compatiēdo ⁊ ſubueniendo neceſſitatibus proximoꝝ. vnde ſaluator vidēs humanā naturaꝫ in hijs q̄ fidei ſunt: eſſe famelicā: ideo vt verus homo ſm glo. miſeretur ⁊ compatit̄ humane fragilitatis affectu: ne ꝯuerſi pctōres in principio vite vie deficiant: ſi in ſua conſciētia ſine doctrine pabulo dimittāt̄. Hec gloſa ſuper Marcum: vt pꝫ in euangelio moraliter intellecto. vnde ſm gloſam mare eſt ſeclm Galilea rota: q2 hic eſt volubilitas: nō erectio ad deum. Hoc tranſit ih̄s reſurgendo. vnde eum quem prius vna gens iudeoꝝ deſperit: tam ſequit̄ multitudo gentium cupiēs inſtrui: ſanari ⁊ ſatiari. Ieſus aūt cum diſcipulis ſuis ſubijt in montē: ſpiritualibus altiora ꝯmittēs: turbis inferiora ⁊ ſimpliciora: ꝓximo paſcha.

Hoc egit docẽs eos: ⁊ docet nos debere trãſire de mũdanis ad celeſtia. Oculi ihũ ſunt dona ſpiritus ſan. que miſertus aperit: vt nõ errent venĩetes ad ſe. Ipſe ſciens temptat diſcipulum: vt ille tarditatẽ fidei ſue agnoſceret: q preſente creatore de paucis ſufficiẽtiam multis poſſe fieri dubitare nõ debuit. Nam miraculo quinqꝫ panum quis eſſet oſtendit: qꝛ hec inuſitata viſibilia ad cognitionẽ inuiſibilis dei perducunt: ſaturant. Qui q̃uis omnia relinquere ⁊ altiora huius nequeant implere: tamẽ eſuriẽtes ⁊ ſitientes iuſtitiam ſaturantur: cum audientes mandata dei: ad vitã eternam perueniunt. Et ſm hoc occurrunt nobis tres conſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Prima eſt de eminentia diuine potẽtie: quam oſtẽdit in pctõꝝ iuſtificatione: cuꝫ dicit. Abijt ihs. vbi occurrunt quatuor concluſiones.

Prima eſt: ꝙ iuſtificatio impij põt eẽ miraculoſa: reſpiciẽdo potẽtiam agentis: qꝛ põt fieri ſola diuina virtute: tanqꝫ per cauſam occultam: qꝛ omne opus quod a ſolo deo fieri poteſt: miraculoſum dicitur. Ratio huius eſt: qꝛ motus volũtatis ita eſt in anima: ſicut inclinatio nãlis in rebus naturalibus. Sed quando deus aliquid opatur contra inclinationẽ nature: eſt opus miraculoſum: vt illuminare cecũ. Voluntas aũt impij ratione impietatis tendit in malum. Cum ergo deus iuſtificando hoieꝫ mouet eum in bonũ: videtur ꝙ iuſtificatio impij ſit miraculoſa. vnde dicit. Abijt ihs trans mare galilee: quaſi dicat ꝙ iſte trãſitus maris galilee: qui moraliter iuſtificationem impij deſignat: ſolum ſit per ieſum: id eſt gratiam dei: quaſi nobis impoſſibilis ſit ſine gratia.

Secunda concluſio eſt: ꝙ reſpiciendo formam inductam ſupra naturalem potentiam: talis meretur ſicut in ſuſcitatione mortui: vita eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis: quantum ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa. Ratio eſt: quia naturaliter anima eſt capax grẽ. Eo enim ipſo ꝙ facta eſt ad imaginem dei: capax eſt dei per gratiã. vnde Auguſtinus in libro de pdeſtinatiõe ſanctoꝝ dicit ꝙ poſſe habere fidem ſicut poſſe habere caritatem naturale eſt homini. Habere autem gratiam eſt fidelium. vnde vt ſic non eſt miraculoſa. vnde ſequitur. Et ſequebatur eum multitudo magna: qꝛ videbant ſigna: ſcilicet inſtinctu naturali. Sequebatur multitudo viſo miraculo ſm glo. qꝛ quos a corporis infirmitate ſanabat: intus ſpũs reitegrabat: grẽ capax exiſtens ex nã: cum inſignita ſit imagine dei.

Tertia ꝯclo eſt: ꝙ reſpiciẽdo ſinglarem ordinem cãndi effcm pter ſolitum ⁊ ꝯſuetuꝫ modum ⁊ curſum: ſicut cum aliqs infirmus ſanitatem pfectam ꝯſequit ſubito pter ſolitum curſum ſanatõis: q̃ ſit cuꝫ nã vel arte: ſic quãdoqꝫ eſt miraculoſa vel non. Eſt. n. ꝯſuetus ⁊ cois curſus iuſtificatõis: vt deo mouẽte interi9 hõ ꝯuertatur ad deum. Primo qdem ꝯuerſione impfecta: vt poſtmodũ ad pfectam deueniat: quia caritas ichoata meret augeri: vt aucta mereatur pfici: vt dicit Augu. Quandoqꝫ vero tam vehementer deus aiam mouet: vt ſtatim quandã iuſtitie pfectionem aſſequatur: vt patet de Paulo adhibita exterius miraculoſa ꝓſtratione. vnde ſequit. Subijt igit in montem ihs. ſ. potentie: quam oſtendit in iuſtificatione impij. Et ibi ſedit cuꝫ diſcipulis ſuis. i. ſubijcientibus ſe doctrine ſue: qui etiam moti interius conuerſi ſunt ad deum.

Quarta concluſio eſt: ꝙ tẽpus paſche huic iuſtificationi impioꝝ maxime cogruit: quia ad iuſtificationẽ requiritur vt fiat tranſitus de vitijs ad virtutes: de culpa ad gratiam: de ſeruitute ad libertatem: de corpore diaboli ad corp9 xpi: ⁊ tandem de preſentis vite exilio ad patriam felicitatis eterne. Sed hic tranſitus perficitur per veram confeſſionẽ ⁊ penitentiam de peccatis. Nam confeſſio delet peccatum quoad culpã: qꝛ de pctõ mortali facit veniale mutãdo penam eternam in tpalem. vnde Aug. Fit veniale per ꝯfeſſionem quod erat criminale p opationem. Item ꝯfeſſio placat deum: qui offenſus erat p culpã. vnde Ber. Ihs p peccatum offenſus: ſed per cõfeſſionem placatus clementem ſe promittit. Item impetrat miſericordiam: quia deus videns tuam humilitatem ſm Yſido. oſtendit ſuam miſericordiã in remiſſione. vnde dicitur. Erat autem primũ paſcha. Paſcha interpretatur tranſitus: ⁊ dr feſtum iudeoꝝ: qḋ ſit per veram ꝯfeſſionem. Sed non ſit vera pnia: niſi cum mentis hylaritate fiat: qꝛ bonum ſi cuꝫ hylaritate fiat: recte factum dicit. vnde Mat. 6. Cuꝫ ieiunatis nolite fieri ⁊c.

Scda ꝯſideratio.

Circa ſcdam ꝯſideratione: q̃ eſt de beniuolentia diue mĩe: quam oñdit in ſpũali refectõe: cum dr. Cum ſubleuaſſet oclos. vbi occurrunt q̃tuor documẽta.

¶ Primum eſt: q2 lȝ deus oculo ſue ſapientie oīa cognoſcat: ſꝫ illud ad hebre. 4. Oia nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius: ad quē nobis ſermo q2 oculi eius ſunt lucidiores ſole circunſpicientes oēs vias hominū vt dicitur eccleſi. 23. Tamen non deſinit electos ⁊ pdeſtinatos intueri adhuc in peccatis exiſtentes: donec illuminatione doctrine ſalutaris eos reſpiciens eoꝝ vitia deprehēdat: ideſt faciat diſplicere. vn̄ pſal. Oculi eius in pauperē. ſ. gratia in preſenti reſpiciūt. vbi gloſa. Reſpectus nāqȝ dei: ⁊ auxiliū: ⁊ lux ſuis eſt: ⁊ ideo non ſunt timēdi tumultus tribulationuȝ: qui in retibus fiunt antequā ad litus eternitatis puenatur. Multi enim de electis ſunt in peccato donec eos viſitet deus. Matth. 26. Reſpexit deus petrum. vnde dr̄. Cum ſubleuaſſet oculos. ſ. pietatis quos tamē ſemp hȝ aptos cū nihil ſibi poterit occultari: ſȝ tūc leuat qn̄ gratia ſua pueniț indigentem.

¶ Scdm documentū eſt q2 propter multitudinem ⁊ magnitudineȝ peccatoꝝ non deſtitit miſereri: immo cuȝ mīſicordie pprium ſit reſpicere miſeriam q̄to maior eſt miſeria: tanto citius ⁊ promptius miſeret. vnde ſubdit. Et vidiſſȝ q2 multitudo magna veniſſet ad eum. Dicitur eniȝ multitudo magna: q2 non vnius natiōis diuerſa genera malitiarum ſunt quaſi diuerſa genera nationū: ⁊ ſm imitationes diuerſarum culpaꝝ vnuſquiſqȝ ab illo naſcit cuius culpam imitat. Ideo mali dicunt nationes. Pſal. Iudicabit in natiōibus. Nec etiam vnius lingue q2 quot ſunt diuerſitates intentionuȝ ⁊ deſiderioꝝ: tot ſunt diuerſitates liguaꝝ. vn̄ cū tpalia que multa ſunt appetunt: ligua ꝯfunditur ſicut factuȝ eſt in edificatione turris babylonie.

¶ Tertium documentū eſt: q2 hec turba panibus empticijs nō poteſt ſaturari: ſȝ tm̄ gratuitiſ Panes. n. empticij ſunt delectationes carnales ⁊ tranſitorie: que tot expenſis ⁊ laboribus acquirunt. Qui care a nobis emuntur: cū perditione aīe ⁊ corporis ſumptuoſſime ꝓparātur ⁊ non ſufficiunt: vt vnuſqſqȝ modicuȝ quid accipiat: q2 qcquid accipit de eo qđ non reficit modicuȝ videt. vnde ſequit. Dixit ad philippuȝ. Unde ememus panes ⁊c. Criſo. dicit q2 xp̄s nouit: qui diſcipuloꝝ magis doctrina indigebant. Qualis fuit philippus vt pȝ Iohis. 14. Ubi ipſe ait ad xp̄m. Oſtende nobis prēȝ ⁊c. vnde ſeqtur. Hoc aūt di. tēptans eum: non vt ignorata diſcat: ſed vt diſcipulo adhuc rudi ꝓpriaȝ ruditatē oſtendat: quā ipſe p ſe perpēdere non valebat. vnde Theo. Philippū dn̄s temptans vt ꝑfectaȝ fideȝ hr̄et: inuenit adhuc humanis paſſionibus ſubiacentē. vnde ſequitur. Reſpondit ei philippus. Ducētoꝝ denarioꝝ panes non ſufficiunt. Ducēti dn̄r q2 pertinent ad aīam ⁊ corpus. Soli autem panes gratuiti ſufficere ⁊ reficere poſſunt: que ſunt diuina ſcriptura. vn̄ Yſa. 55. Uenite emi⁊e abſqȝ vllo argento ⁊ abſqȝ vlla ꝯmutatione ⁊ comedite ⁊c.

¶ Quartū documentū eſt: q2 penitētes ſequētes xp̄m ſunt famelici propter quinqȝ. Et ideo opȝ eos recreari quinqȝ panibus ſpiritualibꝫ.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ lꝫ chriſtus a diuerſis diuerſimode queratur. Nam primo aliqui ipſum querunt in ipſo delectando vt contēplatiui. Pſal. Letentur oēs qui querūt te ꝛc. Alij ꝑpter refectioneꝫ. Pſal. Et querebant a deo eſcam ſibi. Alij propter cure ſanitatē. Sapien. 28. A deo querit medelam. Alij propter inſtitutionē. Prouerbioꝝ. 17°. Cor ſapiētis querit doctrinam. Alij propter mortis occaſionem: ſicut iudei contra eum indignati. proptcrea quia eorum maliciaꝫ redarguit. vnde glo. ſuper illud pſal. Conſiderat peccator iuſtum ꝛ querit mortificare eum d. Peccator inſidiatur iuſto quia grauius eſt ei ad videndum: ꝛ diſſimilis eſt ei vita eiꝰ. Et ideo querit occidere eū Iudei igit querebant in die feſto. vñ q̄rentes eū di. Ubi eſt ille: nō vbi ē ieſus: q2 ſm Criſoſto. q̄rebāt euꝫ ex odio: ꝛ non eū noiabant ꝑuipēdētes eū ꝛ idignāter ferētes eiꝰ correctiōeꝫ. ¶ Scd'a conclo eſt: ꝙ diuerſa erat opinio de xp̄o. Nam q̄dam ꝯſiderantes opa eius. ſ. ꝑdicationem: infirmoꝝ curatiōnē: ꝛ miraculoruꝫ coruſcatiōnē: dicebant ipſum eſſe bonuꝫ. Alij autem ꝑſequētes eum, ꝑpter iuſtitiaꝫ: ꝛ pctōꝝ redarguitiōnē: vice ꝯtraria murmurabant de eo. ſ. ei culpā imponētes: maxime de eo ꝙ ad pctōres ꝛ publicanos diuertiſſet ſe: iuſtos reputantes: cuꝫ eſſent maiores pctōres. Et ſeq̄t Et murmur multus erat. i. ꝯtradictio opinionis erat de eo in turba. Nam q̄dam dicebant: quia bonus eſt. Alij non: ſed ſeductor. ¶ Nota ſm Augu. ꝙ ſeductor aliq̄ñ ſumitur in bonam parteꝫ. Naꝫ ſeducere aliq̄ñ idem eſt qd ſeorſum ducere: qd fit dupliciter. ¶ Uno modo a veritate in falſitateꝫ. Sic xp̄s non fuit ſeductor: q2 fuit ipſa veritas: que in falſitatē ducere nō potuit: vel ecōuerſo a falſitate in veritatem: ꝛ ſic xp̄s ſeductor dici potuit. Ihere. 20. Seduxiſti me dñe ꝛ ſeductus ſum. Q̄ñqꝫ idē eſt qd decipere ſic nullo modo dr ſeductor. ¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ metꝰ iudeoꝝ tā maiores q̄ꝫ minores ꝯpulit: vt quiſqꝫ opinionem ſuam de chriſto: ſiue bonam: ſiue malam: manifeſte nō auderet fateri. Nam maiores freq̄nter libenter intuliſſent xp̄o mortem. ſed non audebant: q2 timebant turbas: q2 eum tanq̄ꝫ ꝑphetam habebant. Minores autem territi timore ſuperiorum: non audebant cōfiteri ipſum eſſe chriſtum. Et ideo vt dicitur Naym ſecundo. vtriqꝫ erant murmurantes in cordibus ſuis.

Et hoc eſt qđ dicitur. Nemo tamen palam lo
quebatur propter metum iudeorum. Naȝ illa
vox: ſcilicet bonus eſt: erat multitudinis: q nõ
audebant palam loqui ꝓpter metum principũ
Sed illa vox: ſcilicet ſeductor eſt: erat principũ
qui etiam propter turbam non loquebant̃ pa
lam: quia turbe eum vt prophetam habebant.
De quo Criſoſtomus. Qui principabantur
corruptionem habebant. Qui autem ſubijcie
bantur: ſani quidem erant iudicio. ſed liberta
tem dicendi non habebant. Quam libertatem
nobis concedat ihs xp̄s paſſus pro nobis.

¶ Feria quarta dominice in paſſione.
Sermo ſeptuageſimus quintus.

Acta ſunt en
f cenia in iheroſolymis ⁊ hy
ems erat. Johis. 10. Se
cunduȝ qđ dicit Bernar.
in ſermone quodaȝ. Quo
tiens peccantẽ videris fra
trem continuo debet procedere compaſſionis
affectus. Ne ergo quis dura ceruice beneficio
compaſſionis abutatur ⁊ zelus iuſtitie abijciat̃
Ideo oportet ſpiritũ diſcretiõis adeſſe: vt ſicut
compatiebatur fratri: ita etiam compatiatur iu
ſtitie dum fit. Et ideo Bernar. in li. de corre
ctione dicit. Arguere interdum eſt neceſſariũ
Ferueat igitur in nobis amor iuſtitie: ⁊ odiuȝ
iniquitatis. Nemo fratris vitia diſſimulet di.
Nunqđ cuſtos fratris mei ſum ego? Eſt ergo
conſentire ſimile cum arguere poſſis: ⁊ ſcimus
q̄ ſimilis pena debetur facienti ⁊ conſentienti
Vidẽs igitur ſaluator iudeos letitie tẽpali dedi
tos que finalr̃ aufert a nobis gaudiuȝ eternuȝ.
Cõpatiens īfirmitati: zelo iuſtitie eos corripit
ſcilicet de ꝑfidia ⁊ duritia cordis: vt pȝ in euan
gelio moralr̃ intellecto. Naȝ inordinata letitia
parit confidentiam de mundo: ⁊ diffidentiam
de deo ⁊ cor ad ſpiritualia indurat. Et ideo in
euangelio occurrũt nobis ſex ꝯſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Circa primam ꝯſideratiõem que eſt de
c mundi defectuoſa affectione cũ dicit̃.
Facta ſunt encenia ⁊c. Naȝ deficit af
fectus: cuȝ ſpreto ſũmo bono in tẽpalibus bõ q̃
rit delectari. Et ideo occurrunt tres ꝯclões.
¶ Prima ꝯclõ eſt: q̄ ſummus artifex huma
nam nãm fecit tam generoſam. Nec. n. gene
roſitas naturalis patet in hoc: q̄ tibi nãliter ad
tui decoreȝ impreſſa eſt imago beatiſſime trini
tatis. vnde Anſelmus. Fateor dñe ⁊ gratias
ago: q̄ me creaſti ad imaginem tuam: tui me
mor ſim: te cogiteȝ: te diligaȝ. vnde Bernar.
Scḋm interioreȝ hoiem tria in me inuenio: ꝑ
que deuȝ recolo conſpicio ⁊ concupiſco. ſ. me
moriaȝ: intelligentiaȝ ⁊ voluntateȝ. Cũ dei re
miniſcor in ipo ꝯdelector: cum ꝑ intelligentiaȝ
intueor ſtupeſco: ⁊ cum deum per voluntatem
diligo meipſum in illũ transformo. Et ideo re
cognoſce q̄ȝ mira ⁊ inextimabilis dignitas eſt
eſſe: non ſolum veſtigiuȝ creatoris qđ ꝯmune
eſt omnibus creaturis: ſed eẽ ad imagineȝ qđ
eſt proprium hois. Igitur exulta ⁊ gaude inſi
gnita dei imagine. Decorato ſimilitudine: par
ticeps rõis: capax eterne beatitudinis. ¶ Itẽ
dedit tibi nãm imortaleȝ: ſubſtantiaȝ icorrupti
bilem: durationeȝ interminabilẽ: vitã ꝑpetuã
¶ Item deus in te bitioneȝ ſuã ꝑparauit. vñ
xp̄s dicit. Ego ⁊ pater ad eum veniemus: ⁊
manſioneȝ ⁊c. Unde gaude: q̄ potes eſſe ho
ſpitis tanti hoſpitiuȝ ꝑ debitaȝ ꝑparationẽ. vn
de Bernar. Negare ei celũ non poterit ⁊ eter
nam requieȝ: qui ſibi in hac vita requieȝ in mẽ
te preparauit: q̄ ipſe ſolus ⁊ non alius ſatiare
appetitum poterit. vnde Hugo. Ois iocundi
tas ⁊ ſuauitas opulentiaq; rerum creaturaruȝ
poteſt afficere: poteſt non ſatiare cor humanũ.
¶ Item omnia ſubiecit ſub pedibus eius. vn
de Hugo. Omnis natura tuis vtilitatibus de
ſeruit: tuis oblectationibus ẜm diſtributioneȝ
tẽpoꝝ indeſinenter occurrit. vnde creator eius
totam machinaȝ mũdialem ad tuum ordinauit
miniſteriũ. ¶ Itẽ angli inflãmant tuũ affectuȝ
informant tuuȝ intellectuȝ: ꝑficiunt ⁊ cuſtodiũt
totum tuũ ſubiectum: nos in bono conſeruant
⁊ deſiderio nos ad noſtrã ſalutẽ expectant. Et
ideo in euangelio iheruſalem noiatur: qđ inter
pretatur pacis viſio. Ad intellectuȝ pertinet vi
ſio: pax eſt habitus voluntatis.
¶ Secunda ꝯclõ eſt: q̄ natura humana ſue di
gnitatis oblita per varias ⁊ mundi tranſitorias
delectationes abdicatur talibus per amoreȝ in
herendo: qbus Augu. maledictionẽ imprecat̃
di. Veh qui oberrãt in veſtigijs tuis: abducti
ſcilicet delectatione creaturarum. vnde Ber.
Quanto preſcius dignitatem meaȝ conſpicio:
tanto magis vitaȝ degenerem me duxiſſe con
fundor. Timeo. n. q̄ tanto grauior eſt culpa:
quanto dignior eſt natura. Et quãto maior eſt

offenſa: tanto maioꝛ eſt excellentia offenſi. Et
tanto maioꝛ eſt iniuria: quāto maioꝛa fuerit be
neficia. Unde intellexiſti ꝙ generoſa forma
ta ſis per naturam. vide nunc ꝙ vitioſe defoꝛ
mata ſis ꝑ culpā. Et ideo dr̄ ꝙ in hac iheruſa
lem facta ſunt encenia. i. noua dedicatio templi
Nam aīa templū conſecrata deo dicitur ence-
niare: quando ꝑ defoꝛmitatem ſceleris diabo
lo dedicat̄: ⁊ hoc ꝑ feſtū tpalis letitie: que ꝯſiſtit
in gl'ia mūdi poſtpoſito feſto ſolēnitatis eterne
¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ aīa ſic mundi delecta
tioni ſeducta multis miſerijs implicat̄. Et ideo
ſtatus eius hyemi cōparatur: cum dicit̄. Et hy
ems erat. vnde glo. ſuper illud Job. 37. Pre
cepit hyems pluuias ⁊c. Dicit hyems eſt vita
preſens: in q̄ nos moꝛtalitatis noſtre frigidus
toꝛpoꝛ conſtringit. Nam in hyeme eſt gelici
dium: ſunt venti: obſcuritas aeris: frigus: via
lutoſa. Hec concurrunt etiam in ſtatu pecca
toꝛum. Nam ibi eſt gelicidium caritatis: ven
tus ſuperbie: obſcuritas aeris inuidie: frigus
accidie: gelu auaritie: comeſtio gule: via luto
ſa luxurie. Et ideo etiam frigeſcit fides in de
um. ¶ Nota tamē: ꝙ hyemi ſtatus peccati cō
paratur. ¶ Pꝛimo qꝛ ſicut frigus tollit calo
rem. Sic peccatum ardoꝛem caritatis. ¶ Se
cundo ſicut frig⁹ homines pigritat: ita peccatū
pigros facit in bene operando. ¶ Tertio ſicut
frigus inducit ſterilitatē: ita peccata in bonis
opibus. ¶ Quarto ſicut frig⁹ moꝛtificat ter
re naſcentia: ſic peccatū omnia bona. ¶ Quin
to ſicut frigus tollit vigoꝛē: ita peccatū bonum
pꝛopoſitū extinguit. ¶ Sexto ſicut in hyeme
aque inundāt: ſic vnū pctm̄ facit ruere in aliō.
¶ Septimo qꝛ ſicut in hyeme eſt elōgatio a ſo
le: ita per peccatū eſt elongatio a deo. ¶ Octa
uo ſicut in hyeme eſt intempies aeris: ſic in pctō
re eſt intempies affectionū. Scđa ꝯſide⁹.

c Irca ſecundā conſiderationē que eſt
de xp̄i affectuoſa ꝯpaſſiōe ibi: Et am
bulabat ⁊c. vbi ſunt tres ꝯcluſiones.
¶ Pꝛima ꝯclō eſt: ꝙ ambulare accipit̄ ſpiri
tualit̄ ſimilitudinarie a motu coꝛporali: quo vi
delicet aliqđ coꝛp⁹ mouet̄ a termino: a quo ad
terminū ad quē relinquendo vnū vbi: ⁊ acqrē
do aliud: qꝛ ſimul ⁊ ſemel naturaliter nō poteſt
eſſe in duobus locis. Sic et ſpūal'r ambulare:
nihil aliud eſt ꝙ ſpūal'r moueri de termino: a
quo qui eſt mundus ip̄m relinquēdo ad termi
num ad quē ip̄ꝫ acqrendo. Terminus aūt ad
quem acqrēdus: eſt finis vltim⁹: q acqri nō po
teſt ſine creature defectione: ⁊ hoc eſt ſpirituali
ter ambulare. de q̄ ad Gal. 7. Si ſpiritu viui
mus: ſpū ⁊ ambulemus. Naꝫ ſicut motus coꝛ
poꝛalis non pōt eſſe in coꝛpoꝛe naturali niſi ꝑ
vitam nālē: ita motus ſpiritualis in deuꝫ nō
pōt eſſe niſi per vitam ſpūalem. Uita ſpūalis
aīe ē xp̄s. ſꝫ Aug. et ſꝫ Johēꝫ. Ego ſuꝫ via
veritas ⁊ vita. via directiua: veritas declaratiua
vita getatiua. vñ dr̄. Ambulabat ih̄s. ſ. vbo ⁊
exemplo nob̄ declarās ambulationē ſpūalem.
¶ Secunda ꝯclō eſt: ꝙ hec ſpiritualis ambu
latio ptinet ad voluntatem ⁊ ad intellectuꝫ. tn̄
ꝑncipaliter ptinet ad voluntatē. Ratio cuius
eſt: illius potētie eſt ſpiritualiter ambulare: cu
ius eſt moueri ad res ip̄as: ſꝫ hoc eſt volūtas:
qꝛ vt tertio de aīa dicit̄. Differētia eſt inter in
tellectum: ⁊ voluntatē: qꝛ appetitus eſt motus
aīe ad rē: ſed intelligere eſt motus reꝝ ad aīaꝫ
⁊ iō intellectus: qꝛ recipit̄ ſpecies reꝝ intelligi
biliuꝫ: nō intendit ad aliud ſicut voluntas que
actu ſuo tendit ad rē extra. Et hoc eſt ſpiritua
liter ambulare. Sicut patet in actibus volun
tatis. ſ. deſiderij ⁊ dilectionis: qꝛ cuꝫ deſideri
um ſit reſpectu boni nō habiti: ſed acqrēdi: ni
hilominus qui in ſtatu vie ſumus motu deſide
rij ſpūal'r ad deū ambulamus. vnde ad Gal.
7. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis non
perficietis. Patet ēt de actu dilectionis: qꝛ ſm
Aug. Sicut ſe amoꝛ hꝫ in ſpūalib⁹ ſic pondus
in coꝛpoꝛalibus qa inqt amoꝛ meus: pondus
meum: eo feroꝛ quocunqꝫ feroꝛ: ideo ſcđs act⁹
tendēdi in deū eſt dilectio. vñ ad eph. 7. Am
bulate i dilectōe: ſic ⁊ xp̄s dilexit vos. Et h̄ eſt
qđ dr̄. In poꝛticu ſalomōiſ. i. i volūtate tibi ſa
lomō celeſtis rex. i. xp̄s ſibi oꝛatoꝛiū oꝛdiauit.
¶ Tertia ꝯclō eſt videre ꝑ quos gradus de
beamus ambulare: reuertēdo ad xp̄m. vbi ſci
endum ꝙ motus cōuerſionis eſt retrogradus
per ꝯparationē admotū ꝯuerſionis: Jbi. n.
debes tuā ꝯuerſionē inchoare: vbi ꝑus auer
ſionem ꝯſumaſti. ¶ Pꝛimus gradus ꝯuer
ſionis eſt ꝯſideratio tui. Exemplum de filio ꝑ
digo in ſe reuerſo. vnde Yſaie. 48. Redite ꝑ
uaricatoꝛes ad coꝛ. ¶ Scđs eſt peccati deteſta
tio. Yſa. 18. Derelinquat impius viā ſuā ⁊c.
¶ Tertius eſt p̄ſentis ſecl'i deſeratio. Jhere.
Reuertere filia iſrael ad ciuitates tuas.
¶ Quartus eſt beneficij gratitudo. Jhere. 3.
Reuertere filij iſrael: ⁊ ego aſſumam vos.
¶ Quintus eſt in coꝛde recollectio viriuꝫ aīe
Nam impoſſibile eſt hoī diſſipato: diſpſo coꝛ

de beneficia xp̄i recogitare. Exo. Reuertatur
vnuſquiſq; in domū ſuā. ¶ Sextus eſt deſide
rij ſublimatio. Eccl'i. p̊. Ad loca vnde exeunt
fluia reuertunt̃ ⁊c. ¶ Septimus eſt dei in hac
vita ꝯtēplatio: ſiue vite ꝯtēplatiue exercitatio.
Ezech. p̊. Aialia ibant ⁊ re. Ibant ꝑ actionē
ſalutaris miniſterij. Reuertebant̃ ꝑ iuge exer
citium ꝯtēplandi.

Tertia ꝯſideratio.

Irca tertiam ꝯſideratōēz: q̄ eſt de ca
c lumnioſa iudeoꝝ aggreſſione: cum
dicit̃. Circundederūt eum iudei. vbi
ſunt tres concluſiones.

¶ Pᵃ ꝯᵒ eſt: ꝙ oīs cōuerſus ſi mox oēs car
nis ſtimulos cupit ꝯculcare: ⁊ ſummā virtutū
ſubire ꝯtēdat: ſi forte adhuc aliqua aduerſa de
carnis moleſtijs tollerat: nō frangatur: q2 diſ/
penſator bonoꝝ nouit aduerſitates reprimere
vitioꝝ: ſucceſſione virtutum. Nam tunc ma/
gis grauari ſe impulſu vitioꝝ agnoſcit: dū ac/
ceſſerit ad cognitionē dei. Et h' eſt qđ dicitur.
Circūdederunt igit̃ eum iudei. Judeus inter
ꝑtatur ꝯfitens. vñ ꝑ iudeos intelliguntur illi:
q querunt gl'iaȝ ꝓpriam: ſeipſos ꝯfitentes. vñ
ſic iudei ſunt cogitatiōes: cor iuſti eleuantes in
ſupbiam: ponētes ante oculos eius dignitatē.
¶ Scđa ꝯcl'o eſt: ꝙ tales cogitatiōes ſunt ſta
tim reprimende: q2 ducerent nos in deſꝑatio/
nem. ſ. delendo in nobis cognitioneȝ dei. Si
cut pȝ ꝑ Ber. di. Forte aliq̄s in ſe reuerſus: co
gitans poſtponere carnalē ꝯuerſionem: igno/
rans bonitatē dei. Et q̄ȝ multus ſit ad ignoſcē
duȝ: nō ne ſua carnalis cogitatio arguet eū. d.
Quid facis? Vitaȝ iſtam vis ꝑdere: ⁊ futurā?
Peccata tua maxima ſunt ⁊ multa: non ſuffi/
cis ſatiſfacere: ꝯplexio tenera eſt: vita delicata:
ꝯſuetudinem difficile vinces. Et ꝑ hijs ⁊ ſimi
libus deſpatꝰ reſilit miſer ignorans dei boni/
tem: q̄ neminem vult ꝑire. Ipſi imaginantur
ipſum ſeueꝝ ⁊ implacabilem: q eſt miſericors.
vñ ſeqtur. Quouſq; aīam noſtraȝ tollis? vbi
Criſo. dicit eos h' feciſſe adulatorie: vt euȝ per
aliquam captionē inuenirent. vñ dicūt. Si tu
es xp̄s: dic nobis palā. Q' ſi dixiſſet ꝙ ſic: fu
iſſent calūniati: q̄ſi ſibi arrogaſſet regiā ꝑtātē.
¶ Tertia ꝯᵒ eſt: ꝙ ſm̄ Ber. tria ſunt gnā co/
gitationum: a q̄bus multa ſollicitudine cauere
neceſſe eſt volentibus ad deum reuerti.
¶ Prime ſunt cogitatōēs ocioſe: ⁊ ad reȝ nō
ꝑtinentes: quas tam facile abijcere q̄ȝ recipere
poſſumus. ¶ Alie ſunt violente magis: q̄. ſ.
ad neceſſitatem nāe ꝑtinent. Que ſi paꝝ nob
inſiderēt: auelli nequeunt ſine leſione. Sepe
eniȝ ſic afficit nos cogitatio de neceſſarijs vite
ꝙ de cordibus nō poſſunt eradicari. Plane
opȝ reprimere quē extinguere non poſſumus
appetitū. ¶ Tertiuȝ genꝰ īmundum ⁊ fetidū
eſt: qđ nulla rōne eſt admittenduȝ: ⁊ ille ꝑtinet
ad luxuriā ⁊ ad alia vitia. Opȝ ſi mundas vo
lumus hr̄e aīas: hijs cum multa indignationē
occurrere: vt nullus eis detur acceſſus.

Quarta ꝯſideratio.

Irca quartā ꝯſiderationē que eſt de
c fructuoſa xp̄i informatōē: cum dicit̃
Rñdit ih's ⁊ dixit. Loquor vob ⁊c.
vbi occurrūt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯᵒ eſt: ꝙ docet nos vitare incredu
litatem: q2 hec facit nos indignos dei grā: cuȝ
hēat rōēȝ grauiſſimā peccati. Nā omne pctm̄
ꝯſiſtit formal'r in auerſione a deo. Et tanto ali
quod pctm̄ eſt grauius: q̄ȝto ꝑ ipȝ hō magis a
deo ſepat̃. Hoc aūt fit ꝑ pctm̄ infidelitatis: q2
veram dei cognitionē nō hȝ: ſed falſam: ꝑ quā
ab eo elongamur: ⁊ nō ad deū appropinqua/
mus: nec ille deū cognoſcit: q falſam opinionē
de eo habet. vnde patet ꝙ peccatuȝ infidelita/
tis eſt maius oibus peccatis: q̄ ꝯtingunt in per
uerſione moꝝ. vñ ex euidentia veritatis: ⁊ al/
legatione opeꝝ ꝑtātis execrat̃ eoꝝ incredulita
tem di. Loquor vob: ⁊ non creditis opa: q̄ ego
facio in noīe patris mei: hec teſtimoniū perhi/
bent de me. q. d. Ex verbis meis poteſtis me
cognoſcē ꝑ fideȝ: quā neglexiſtis. q̄ tñ nō ē ex
ꝑte credibilis: ſȝ ex ꝑte vr̄i intellectus. Nō eſt
Nam ſmo q ꝯfirmat̃ ꝑ miraculum eſt credibi
lis: ſȝ ſmo meus ꝯfirmat̃ per opa: q̄ ego facio
in noīe patris mei. Igit̃ ⁊c. ſ. teſtificant̃ ꝙ a do
ſunt: q2 nō pñt fieri niſi a deo: cum ſint tranſcē
dentia curſum nāe. vñ ꝓꝑ infidelitatē merito a
me eſtis elōgati. vñ ſubdit̃. Sȝ vos nō credi/
tis: q2 nō eſtis ex ouibꝰ meis. Hec dicit ꝓꝑ ea
q2 eos videbat ad ſempiternū interitū ordiatos
¶ Scđa ꝯᵒ eſt: ꝙ tria ſunt: q̄ faciunt nos di/
gnos grā di. ſ. fidelis adheſio. 2ᵐ xp̄i imitatio
3ᵐ eſt finalis ꝯtinuatio. vñ dicit. Oues mee
vo. me. audi. ſ. credēdo q2 fides ex auditu. Et
ego co. oues meas: a malis diſcernēdo. Scđa
Thi. 2. Nouit dñs q̄ ſunt eius. Et ſe. me. ſ. ꝑ
imitationē. Math. 16. Qui vult ve. poſt me
⁊c. Et ego vitā eternā do eis: ⁊ nō peribunt.
Johis. 6. Ois q credit in me: hȝ vi. eter. q̄ ſo/
lum dat̃ pſeuerantibus. vñ Augu. Hec vox
q pſeuerauerit ſolū audit̃ ab ouibꝰ p̄deſtinatis

¶ Tertia cõ eſt: xp̃s fidel'r ſibi adherentes p fidem diligenti cuſtoditõe tuet̃. Et h̃ oñdit. d. Et nõ rapiet eas qſq̃ de manu mea. Hoc ꝓbat duabus rõibus. ¶ Prima eſt: ꝙ illud qđ maius eſt oibus: violẽtiã pati non põt: ſꝫ datum mihi a p̃re eſt huiuſmõi. Igit̃ ꝛc. Et h̃ ẽ qđ dicit lr̃a. q. d. bñ dico: ꝙ nõ pibunt: q2 illđ pire non põt eſſe ex pte p̃mij: q2 eſt eternũ: nec põt eſſe violẽtia ex pte rapientis. Pater. n. generãdo dedit mihi eẽntiã ſuã ꝛ filiatõeꝫ: ꝛ illđ eſt mai⁹ oiuꝫ. ¶ Scđa rõ. Null⁹ pt rape de manu patris: q2 oipotens ẽ. Pſal. Terribilis es: ꝛ qs re. ti. Sꝫ vna ẽ man⁹ p̃ris ꝛ mea vnitate eẽntie ꝛ nãe. vñ opante p̃re: opat̃ fili⁹: q2 vna eſt opatio vtriuſq̃. Et iõ dicit. Ego ꝛ p̃r vnum ſumus. Quinta ↄſideratio.

q Uinta ↄſideratio eſt de furioſa iudeorum indiſcretõe: cum dr̃. Suſtulerunt. vbi occurrunt tres ↄcões.

¶ Prima cõ eſt: ꝙ nihil adeo excecat mẽteꝫ: q̃tuꝫ pueꝛſitas ſtulte emulatiõis. qđ pꝫ in hac idiſcreta lapidatõe ſtulta emulatõe legiſ: exceca ti legiſlatorẽ lapidare volẽtes. Illđ. n. Leui. 7 Quicunq̃ blaſſemauerit no. me. la. obru. ꝛc. nõ tãgit xp̃m: cui⁹ ſmo fuit ad gl'ificandũ p̃reꝫ ſe patri coeternũ oñdendo. d. Ego ꝛ p̃r vnum ſu. vñ ſuſtulerunt lapides lapidibus duriores vñ nullus dꝫ tantus zelator dinoꝝ eẽ: vt excedens ↄtra legem dinaꝫ peccet: ſe vindicando. Pſal. Dum loquebar illis impu. me gratis. ¶ Scđa cõ ẽ: ꝙ hꝫ Ber. vbi vehemẽs emulatio eſt: diſcretio eſt neceſſaria: q̃ ordinat caritatem. Sẽp. n. zelus ſine diſcretõe pnicioſus valde ſentit̃. Nã feruor vehemẽs abſq̃ diſcretionis temperamento p̃cipitat. Et ideo xp̃s iudeos ad diſcretionem inducere volens: dicit. Multa opa bona ex p̃re oñdi vob: pp qđ ꝛc. eoꝝ ſeuitiã rep̃hendẽs. Bñficiuꝫ ↄmemorat pp qđ opꝫ honorare euꝫ: nõ lapidare. vñ ↄquerit̃ Ihere. 17. Nũqd reddit̃ ꝓ bono malũ ꝛc. ¶ Nota ꝙ reddere malũ ꝓ malo eſt fragilitatiſ ſed reddere maluꝫ ꝓ bono ẽ pueꝛſitatis: ſꝫ reddere bonum ꝓ malo eſt pfectõis. ſed reddere bonũ ꝓ bono eſt eq̃tatis. vnde reſpõderunt ei De bono ope nõ lapidam⁹ te: ſꝫ de blaſſemia. ¶ Tertia cõ ẽ: ꝙ lꝫ iudei xp̃ꝫ i doctria ꝛ factis nouiſſent eũ eẽ filiũ dei: tñ inuidioſe opa eius tranſcẽdentia nãꝫ: ſe neſcire ſimulãtes: eũ puꝝ hoieꝫ reputabãt: rõne cui⁹ ipm dicebãt eẽ blaſſemũ: q2 dicebant ipoſſibile eẽ creature. ſ. ꝙ ſit equalis deo. Sexta ↄſideratio.

s Exta ↄſideratio eſt de xp̃i victorioſa ſupatõe: cuꝫ dicit̃. Reſpõdit eis ihs vbi ſunt tres concluſiones.

¶ P^a. cõ ẽ ꝙ iſta ꝓpoſitio ego ꝛ p̃r vnũ ſum⁹ nõ verificat̃ de creatura ꝛ đo: ſꝫ ſolũ de hijs: q̃ ſũt vni⁹ nãe ꝛ eẽntie ſic pꝫ de p̃re ꝛ filio i dinis ¶ Scđa ↄcl'o eſt: ꝙ xp̃s ↄfutat ſuos perſequẽtes: oſtendens ſe non eſſe blaſſemuꝫ: per hoc ꝙ ꝓbat ſe eſſe deum. Et ad h̃ duo adducit teſtimonia. ſ. legis ꝛ operum. ¶ Primo format̃ ratio talis. Scriptura vocat quoſdaꝫ deos: ad quos ſermo dei factus eſt: ꝛ tamen non blaſſemat. Igit̃ multo minus ego: quem pater ſanctificauit ꝛ miſit in mundũ: non blaſſemo dicẽdo me eſſe deuꝫ. ¶ Primo enim oſtendit ꝙ lux quoſdaꝫ vocat deos. ¶ Scđo oſtendit ꝙ hec lux non põt mẽtiri: ꝛ ↄſequẽs nec blaſſemare: ibi. Si illos deos dixit ꝛc. ¶ Tertio ex hoc cõcludit: ꝙ multo minus ipſe blaſſemat ibi. Queꝫ pater ſanctificauit. Quantuꝫ ad primum dicit. Nonne ſcriptũ eſt in lege veſtra: quia ego dixi ꝛc. ¶ Nota ꝙ ꝓpter tria hoies dij vocant̃. ¶ Primo ꝓpter veritatis cognitioneꝫ. Ihero. Qui de deo loquunt̃: nõ hoies ſed dij appellant̃. ¶ Scđo ꝓpter ꝑticipatõeꝫ potentie ꝛ opatõiſ. vnde dicit̃ actuũ. Dij ſiles hoibus deſcenderũt. ¶ Tertio ꝓpter ꝑticipationem ſanctificatõis. vnde Augu⁹. ſup pſal. dicit ꝙ deus h̃ verbũ vocat̃ ꝙ eſt factor deoꝝ. Dedit. n. eis ꝑtãteꝫ filios dei fieri ꝛc. Sic igit̃ illos dicit deoſ: hic oñdit ꝙ ſcriptura nõ blaſſemat ſic rõne. Blaſſemus mentitur: q2 ſibi vel alijs tribuit: qđ non eſt ſuum: ſed dei. Sꝫ ſcriptura non põt mentiri. Igitur ꝛc. Hec ratio elicit̃ ex h̃: ꝙ ſcriptura illos dicit deos: ad quoſ ſermo dei factus eſt: vt ꝓphas ꝛ alios ſanctos ꝛ non poteſt ſolui ſcriptura. i. falſa reputari. Mat. 7. Iota vnum aut vnus apex ꝛc. Sequitur. Quem pater ſcti ficauit. i. ſanctum genuit vel miſit in mundum p carnis aſſumptionem Vos dicitis q2 blaſſemat: q2 dixi. Filius dei ſum. q. d. irrationabiliter dicitis. ¶ Secũdo adducit teſtimoniũ opeꝝ dicens. Si nõ facio opa patris mei. Ratio talis eſt. Ille q facit q̃ nullus alius facẽ põt niſi ſolus đs non blaſſemat ſi ſe dicat eẽ deũ: ſꝫ ego ſuꝫ talis ꝛc. ¶ Item ille q facit opa patris: ille ẽ in p̃re: ꝛ pater in eo ꝛ ↄñs nõ blaſſemat ſi dicat ſe eſſe deuꝫ. Vñ oñdit ꝙ ſine opib⁹ eẽnt excuſabiles. d. Si nõ facio opa p̃ris mei. i. q̃ pater fac̃. Et ſi mihi. i. ſmoni meo: nõ vultis credẽ: opib⁹ credite.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ credēs p̄rē eſſe in xp̄o: ⁊ xp̄ꝫ in patrē talis fides meref vitā eternam. vnde dic. Ut cognoſcatis ⁊ credatis ⁊c. Eſt in me. ſ. p gratiaꝫ vnionis. vnde apl's. Qui p̄deſtinatus eſt filius dei in virtute ſm ſpūm ſanctificationis: ⁊ ſic ſctificatio referf ad hoieꝫ vnitum. vñ Aug. Sāctus fieri de nō ſctō eſt hois ſꝫ ſctūs gigni ē ſoli⁹ dei. ad quā ſcificatiōeꝫ ⁊c.

¶ Feria quinta dñice in paſſiōe. Sermo. 76.

Ogabat ieſum quidam phariſeus vt māducaret cū illo. Luc. 7. Quia p paſſionem chriſti mors euacuaf: ⁊ p peccatū ſoluif. Secūm ꝙ dicit Dama. libro. 4. Per nullū aūt tantum xp̄i paſſio renouatur: ſicut p peccati iterationē: Quia ſm Ber. in ſmone de ꝯuerſione beati pauli apl'i Si ꝓpriuꝫ ſanguineꝫ dedit in p̄ciuꝫ redēptionis aiaꝝ: nonne tibi videf grauiorem ab eo ſuſtinere pſecutionem: q exēplo pnicioſo auertit aīas quas redemit q̄ꝫ a iudeo q ſanguineꝫ eius fudit? Sꝫ qꝛ taliter lapſi p ſolā pniam poſſunt reconciliari: cuius efficacia taꝫ facilr tanta ⁊ tot peccata delet cum ſit a diuina mīa que eſt infinita. Et ideo trāſcendit in infinituꝫ omniuꝫ peccatoꝝ noſtroꝝ multitudinem: ſicut demōſtraf in hac euangelica peccatrice: que huic phariſeo poſita eſt in exemplum: cum dr̄. Rogabat ⁊c. vbi occurrunt nobis quatuor conſideratiōes.

Prima ꝯſideratio.

Irca p̄mam ꝯſiderationem que ē de peccatoꝝ preſumpta arrogātia: quia rogauit. occurrūt tres ꝯcluſiones.

¶ Prima ꝯ° eſt: ꝙ peccatoꝝ per opa extra caritateꝫ facta nihil meretur de ꝯdigno: meretur tñ aliqd de congruo. Peccator. n. aliquando facit opus de genere bonoꝝ pp vanaꝫ gloriā. Ex tali opere non meretur mercedeꝫ ſed penā qꝛ ꝓcedit ad ꝯtumeliaꝫ dei. Aliqñ facit ad gloriam dei. Hoc. n. non poteſt eſſe niſi ꝺ gratia gratis data que diſponit de ꝯgruo ad gratiam gratum facienteꝫ: eſt tñ illud meritum omnino improportionabile merito caritatis. Intelligēdum tamen ꝙ opa extra caritatem facta valent ad ſex. ¶ Primo ad multiplicationem tpaliuꝫ Yſa. p̄. Si audieritis me bona comedetis. ¶ Scdo ad dimiſſioneꝫ pene tēporalis: vt pꝫ de achab humiliato coram deo. Et ideo in diebus ſuis non induxit maluꝫ ſup eum. Tertio regū. 12. ¶ Tertio ad bone vite aſſuefactionē Treno. 3. Bonū ē viro cū portā ⁊c. ¶ Quarto ad peccati reſiſtentiaꝫ. Jaco. 3°. Elemoſina reſiſtit peccatis. ¶ Quinto ad vtilitatē virtuoſorum operuꝫ diſponunt. vnde Jhere. Sicut ethiops ⁊c. Sic nec vos cuꝫ didiceritis: ſic ep°

¶ Sexto ad mitigationeꝫ pene hyemalis debende non debite. vnde ditant: non cruciant: aptant debenda gehēne. Laxatur pena ſueſcūt culpeqꝫ reſiſtunt. vnde dr̄. Rogabat ieſum quidam phariſeus. i. peccator poſitus extra caritatem. Rogabat. ſ. operibus. Jeſum. i. gratiaꝫ dei: que ſm gloſaꝫ venit ad eū corporalr. ſ. ſua opera acceptando de ꝯgruo diſponens ipſum ad gratiam gratum facientem.

¶ Secunda ꝯcluſio eſt: ꝙ quatuor ſunt impedimenta: ne quis de condigno recipiet merendo gratiam gratū facientem: que ponunf in glo. ¶ Primū ē falſa iuſtitia. ¶ Scdꝫ eſt ſupbia ¶ Tertium eſt motus compaſſiōis carentia. ¶ Quartum eſt ſue fragilitatis ignorantia. ¶ Primū pꝫ ſm Bedaꝫ ſuper lucā ad lr̄am qui dicit ꝙ pctōres non ſolū ad dei verbū audiendum: ⁊ ad colloquendū recepti ſunt: ſed etiā ad ꝯueſcendum. Unde dedignantur iudei: ⁊ phariſei: qꝛ falſa iuſtitia nō ꝯpaſſioneꝫ ſed dedignationeꝫ hꝫ. ¶ Scdꝫ pꝫ de ſupbia: qꝛ reddit hoiem incapacem oīs ſpiritualis boni: cuꝫ humilitas ei oppoſita ſola hꝫ capacitatem gratiam qꝛ deus ſuperbis reſiſtit: humilib⁹ aūt dat gratiam. Greg. Supbi tāto a diuina luce longe ſunt: q̄to apud ſe humiles non ſunt. ¶ Tertium eſt carentia motus ꝯpaſſionis. Nam ſicut ꝯpaſſio meretur beatitudinē: ſꝫ illud Luc. nono. Cum facis conuiuium voca pauperes ⁊ debiles ⁊ beatus eris: ita carentes motu ꝯpaſſionis: ſeueritateꝫ iuſtitie recipient ⁊ damnationis ſm illud Jaco. 3. Judicium ſine miſericordia fiet illi q non facit mīam. vnde Beda ibidem dicit in glo. Quo quis maiorem miſericordiam a dño conſeqtur: eo iuſtius negat ꝓximo mīaꝫ idigenti: ⁊ iuſtius ſeruat penas ipietatis. Sicut in iudicio dolebit q non fecit mīam: ita q fecit remuneratus gaudebit. ¶ Quarto eſt fragilitatis ignorantia: hec. n. parit ſupbiam. ſed cognitio humilitatē. vñ Ber. In meditationib⁹ negligētes: in ſui cognitiōe reꝑhendit di. Multi multa ſciunt: ⁊ ſeipſos neſciūt. vnde dr̄ Michee. Humiliatio tui i medio tui. De

qbus vitijs di. Aug. de aīa ꝛ spiritu. Multa inqt sunt in me: de qbus corā me erubesco: ꝛ ꝑ qbꝰ valde displicere timeo; ꝛ h dic̄ glo. iterli. .s. ꝙ phariseus erat plenꝰ falsa tristitia: supbꝰ nulla ꝯpassione motus: sue fragilitatis oblitꝰ. ¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ deus nulluꝫ respuens oībus imitantibus ꝑsto est: lꝫ diuersimode ꝭm illud Leōis pape: in sermone natiuitatis dn̄i. Sicut nullū a reatu liberꝝ repit: ita liberandis oībus venit. Sꝫ qꝛ diuersimode iuitat̄ ꝑfectio ne virtutū: qbus ꝑsto est gl'ificatione a qbusdā Infirmitate qbus ꝑsto est. Roboratiōe: a qui busdā ꝑuersitate: qbus ꝑsto est iustitie seuerita te. Unde dn̄s legit̄ discubuisse in ꝯuiuio aliqn̄ apud phariseos: vt hic: vt ꝯfunderet eoꝝ falsaꝫ iustitiaꝫ. Aliqn̄ apud publicāos. Luce. 7. Ut ꝓuocaret eos ad pniam. Qn̄qꝫ apud familia res ꝛ amicos: vt Joh. 12. Ut foueat amicitiaꝫ Aliqn̄ apud paupes: cognatos suos: vt supple at eoꝝ inopiaꝫ. Scd̄a ꝯsideratio.

Circa secundā ꝯsiderationem que est de peccatricis deuota pnīa: cuꝫ dicit̄. Et ecce mulier. vbi sunt. 4. ꝯclōnes. ¶ Prima ꝯclō est de doctrina. Isid. de sum. bo. di. Quanuis per pniaꝫ ꝓpitiatio pctōrum fit: tn̄ sine metu esse nō dꝫ: qꝛ pnīe satisfactio: di uino tm̄ pensat̄ iudicio: non humano: proinde qꝛ mīsatio dei occulta est sine itermixtiōe falla cie. Necesse est nunqꝫ securitatē de peccato ꝑ sto esse penitēti. Nā securitas negligentiā pa rit. Negligētia aūt sepe incautū ad vitia trans acta reducit. Et ideo omnia que impediūt peni tentiam sunt recludenda. ¶ Scd̄a ꝯclō ē: ꝙ q̄tuoꝛ sūt ipedimēta pnīe q̄ euāgelista remouet ab hac peccatrice. ¶ Pri mum est ꝯscientie induratio. Sunt. n. aliq. vt saxi indurati q nec ꝯpunctione scindunt̄: nec in spiratiōe: nec timoꝛe: nec terroꝛe: nec amoꝛe va leāt imitari. Tales. n. nō sunt idonei ad pniaꝫ sed ad eternā reprobationē. Eccl'. 3. Coꝛ duꝝ male habebit in nouissimus: illud impedimen tū remouet̄ ab ista peccatrice cū dicit̄. Mulier Mulieres. n. habēt coꝛ magis ductile ꝛ facilīꝰ q̄ꝫ viri trahuntur ad penitentiā. Et ideo tardi us inueniunt̄ indurate: ꝛ magis benigne ꝑꝑ ꝙ dicit̄ sapientie. Ubi nō est mulier igemiscit eger. ¶ Secunduꝫ est ꝯsuetudo pcti firmata. Consuetudo. n. ita firmat habitū malū ꝙ etiaꝫ inducit impossibilitatem ꝯuertēdi qn̄ ꝑfecte est radicata. Et iō dr̄ Jhe. 13. Si pōt mutare ethi ops pellē suā ꝛ pardus varietatē suā: ita ꝛ vos benefacere poteritis cū didiceritis male facere. Et istud ipedimentuꝫ remouet in preterito di. Que erat. Nondū. n. erat in ea vitiū inuetera tum: sicut in illis quos peccata dimittūt: qꝛ cir ca quinq̄ginta annos virit: postq̄ꝫ ad xp̄ꝫ ꝯuer sa fuit. ¶ Tertiū est dissensio interius ꝓuoca ta: qn̄. s. est pugna inter rōnem ꝛ sensualitatem de q̄ aplūs ait. Qd̄ caro concupiscit aduersus spūm: ꝛ cꝰ. Hec inquā sibi inuiceꝫ aduersant̄ vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis. Galat. 7. Istud impedimentū remouet̄ cuꝫ dr̄. In ciuita te iherusaleꝫ que dr̄ visio pacis. Qn̄. n. aīa est pacata ꝛ rixa passionū est sedata: tūc ē ad pniaꝫ idonea: qꝛ passiōes incitāt ad ꝯrias delectatōes ¶ Quarta est extimata inocentia: qꝛ qn̄ aliqs cum sit peccatoꝛ estimat se falsa opinione inno centeꝫ: tunc nō potest ad pniam flecti sicut ifir mus nō vult recipe medicinā qn̄ nō estimat se egrotū: vt pꝫ in freneticis ꝛ in fatuis qꝛ sapien tem q se reputat: renuit disciplinaꝫ. Ihere. 2. Dixisti innocens ꝛ absqꝫ peccato ego suꝫ: pro pterea ego inqt dn̄s in iudicio ꝯtendā tecum. q. d. Qd̄ talis in iudicio ostendet̄ abbomina bilis. Istud ipedimentuꝫ aufert̄: cū dr̄. Pecca trix: que. s. nō reputat se inocentem. ¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ q̄tuoꝛ sunt actꝰ deducen tes ad ꝑfectaꝫ pniam: q̄ in hac peccatrice osten duntur. ¶ Primꝰ est diligens iuestigatio. vn̄ dr̄. Ue cognouit qꝛ iesus accubuit i domo pha risei: Istiꝰ rei notitiā nō habuisset: nisi veꝝ ꝓ cessuꝫ iuestigasset. Et p istū modū penitē volē tes: sollicite regrant pniaꝫ: p quā possunt citius xp̄i misericoꝛdiam inuenire: sicut illi qui sunt de gratia alicuius terreni principis deiecti. ¶ Secundus actus est cōueniens preparatio Nam postquam eum inuenit quem querebat sufficienter se preparauit ad ꝑficiendū qd̄ inten debat: ꝛ ideo seq̄t̄. Attulit alabastrū vnguenti. Nihil. n. tantū preparat hominē ad gratiā adi piscendā sicut prepositū firmū bone voluntatis qd̄ signat̄ p alabastruꝫ: qꝛ sicut est vas p̄ciosuꝫ ꝛ preciosoꝝ cōtentiuū: ita ꝓpositū bonū est vn guentū: in quo deus summe delectat̄. ¶ Ter tius est erubescentis occultatio. Postq̄ꝫ enim preparatā inuenit facieꝫ xp̄i erubuit ꝯsciētia si bi de peccatis: ꝛ iō sicut inuerecūdi non audēt in facieꝫ respicere: sed querūt se occultare: et ꝑꝑ hoc dicunt sapientes ꝙ natura intēdens se oc cultare sanguinē ad faciē mittit cū erubescit. et iō cū hec venissꝫ stetit retro xp̄i vultū ferre nō sustinens. Et per istū modū q vult verā pniaꝫ

agere: in ꝯſpectu dei cũcta proſpicientis debet vehementer erubeſcere: q2 verecundia eſt paſſio quam incurrit appetitus de aliq̄ turpi maxime in ꝯſpectu honeſtoꝝ. Et q2 feditas peccati eſt turpiſſima ⁊ facies dei honeſtiſſima. Debz peccatoꝛ dũ penitet erubeſcere vehementer.

¶ Quartus eſt act⁹ humiliatõis. Poſtq̄z .n. erubuit ſemetipſm humiliauit. Et iõ dicit euãgeliſta: q̄ ſe poſuit ſecus pedes domini humiliter ſe proſternendo. Et p iſtũ modũ qui vult penitere pfecte debet ſe ꝓfundiſſime humiliare: oẽ autẽ peccatũ ꝓcedit ex ſuperbia: q2 nullus peccat mortaliter niſi ex inobedictia ⁊ cõtumacia diuinorũ preceptoꝝ. vnde numeri .17. Anima q̄ p ſupbiam peccauerit peribit quando aduerſus deum rebellis fuit.

¶ Quarta ꝯclõ eſt: q̄ pfectã pniam ſequũtur quatuoꝛ miniſteria. ¶ Primũ eſt cõfeſſio pura: et iſta ſignificat̃ p actũ ablutionis: cũ dicitur Et lachrymis cepit rigare pedes eius: q2 ſicut aq̄ munda ingnamẽta carnis abluit: ita ꝯfeſſio pura ſordes mẽtis diluit. Pſal. Cõfitebor aduerſuz me ⁊c. Et p fuſiõe lachrymaꝝ pctã nõ ſolũ remittunt̃: ſ3 ẽt elõgãtur. Jõ ſeqt̃. Verũ i diluuio aq̄ꝝ mltaꝝ. ¶ Scd3 eſt ſatiſfactio pfecta de pctis iã ꝯfeſſiſ. Jſta ſignificat̃ p actũ abſterſiõis cuz dr̃. Et capillis ſuis ter. q2 l3 p actũ ꝯfeſſiõis abluat̃ culpa: nõ tñ pena aliogn fruſtra iponeret̃ pnia. Sic aũt p ꝯfeſſionẽ abluit̃ cl̃pa: ita p ſatiſfactionẽ q̄ fit i pnia dimittit̃ pẽa ⁊ abſtergit̃. vñ puer. 3. Liuoꝛ vulneris. i. opa leſiua ⁊ anxia ſatiſfactiõiſ abſtergit maluz. i. penas ad q̄s aĩa remanet obligata pſoluendas in alio mũdo duri⁹: ſi nõ vl't i iſto mũdo. ¶ Tertiuz ẽ recõciliatio ꝯſumata poſt pfectã ſatiſfactionẽ: ⁊ iſta ſignificat̃ p oſculũ. Qu̇t .n. recõciliãtur: ſe mutuo oſculari ſolent: vt dr̃. Qñ dauid recõciliauit ſibi abſolõ oſculat⁹ eſt eũ. Scdo regũ .12. ¶ Quartuz eſt ꝯſolatio amena: q2 poſt actũ ſatiſfactiõis ẽ delectatio ſincera. Jſta ſignificat̃ p actũ vnctiõis cũ dr̃. Et vnguẽto vngebat. Hec ẽ .n. delectabilis: ⁊ illud eſt de nã cuiuſlibet actus v̓tuoſi: vt habeat delectationem poſt iuſtitiã: ſicut actus malus hẽbat triſtitiam poſt delectatiõem: ⁊ iõ dat̃ vna regula in ſacra ſcriptura q̄ angelus bonus appens in principio turbat ⁊ i fine ꝗetat. Daniel. 2. ⁊ Luce. xj. Malus in pn̄o allicit: ⁊ i fine offendit: ſicut in paradiſo euã. Et q pfecte reconciliatus cũ xp̄o magis delectat̃. Jõ dr̃ apoc. 3. Ego ſto ad hoſtiũ ⁊ pulſo. Si q̄s ⁊c. Jſta aũt delectatiõe allecta fuit hec femina: q̄ tanq̄z ſpũal'r iebꝛiata: nullaz verecundiã in ꝯſpectu oĩuz patiebat̃: pniaz ſuã nõ occultãdo: ſ3 publicãdo i ꝯſpectu ꝯuiuãtium: ꝯuiuio importuna: beneficio opportuna.

Tertia ꝯſideratio.

Circa tertiam ꝯſiderationem: que eſt de phariſei falſa iuſtitia: cum dr̃. Videns aũt phariſe⁹. vbi ſũt tres ꝯc̃s.

¶ Prima ꝯclõ ẽ: q̄ aliqñ ꝯſidẽtia vitioꝝ parit arrogãtiaz: ſm illud pſal. Prodijt quaſi ex adipe. Et iõ d̄s aliqñ permittit cadere aliq̄s in pctm̃ manifeſtuz: vt ex ꝯſideratiõe ſui ſtatus reſurgẽtes ſe humiliẽt: vt p3 p Aug. 14. d' ciui. dei. Plus .n. placet deo pctoꝛ hũilis q̄z iuſtus ſupbus ⁊ arrogãs. Ecce q̄z diſſimil' vox illa. Pr̃ peccaui i celoꝝ corã te: ⁊ vox phariſei. Nõ ſuz ſic ceteri hoĩes. Nõ attẽdendo illd̃ Lu. 17 Cuz oĩa benefeceritis ⁊c. vñ phariſeus dr̃ diuiſus: ſtudẽs ſoluz circa appentiã quã diuidit ſolũ ab exiſtẽtia pfecte religionis. Cui⁹ iuſtitia dr̃ eſſe falſa: q2 eius cordis itentio i ſuis opibus ſiſtebat in laudibus hominum ⁊ non dei.

¶ Scd̃a ꝯclõ ẽ q̄ tales iſpiciẽtes ſuã pfectiones: quã ſoluz oſtẽdunt appenter de ſe icipiunt pſumere ⁊ alios iudicãt vitioſos aplice intentes ſnie. Spũalis oĩa iudicat: hec ẽ peſtis peſſima ⁊ mortifera: hec fraternã lacerat caritatẽ: h̄ ſpũali letitia plenũ: ad accidiã adducit. vnde ſic iudicãs magis ſibi p̄cipitiũ facit. Pone ḡ te in ꝯſideratiõe tui i nouiſſimo loco: ⁊ cadere nõ valebis. vnde aplus. Nõ vult innuere q̄ ſpũalis oĩa d3 iudicare ad dãnationez: cum alibi dicat. Nolite ante tp̄s iudicare. S3 dicit q̄ iſta ſecreta. ſ. diuĩe ſapie iudicia nõ pcipit hõ carnalis: ſ3 ſpũali vita pdi tus. Melius .n. in q̄libet creatura iudicabit. . diſcernet oĩa. i. diuĩaz potẽtiaz ſapiaz: ⁊ bonitatẽ in omni creatura: diſcernẽs in omniuz honorificat conditorẽ. vnde ſeqtur. Alt intra ſe. ſ. pſumens de ſua pfectõe. Hic ſi eſſet ꝓpheta: ſciret vtiq3 que ⁊c. vbi dicit glo. Errãt q ſe putãt iuſtos: cuz ſint ſupbi: ⁊ illos eẽ reos cũ iaz peniteãt. Caue ne pcõrez ꝯdẽnes ſ3 pſone ꝯpatiẽs vitiũ diſpliceat tibi: nihilominus laudãs deũ: qui non pmiſit te illud vituz ppetrare. Et forte ſine ipſo turpiſſima ducens ad effectum.

¶ Tertia ꝯclõ ẽ: q̄ ſtultũ eſt iudicare aliquem ſ3 ea q̄ foris ſunt: cũ ſoli⁹ dei ſit cordiũ ſecreta pſcrutari. Quia multi ſunt ſ3 Jſido. d' ſum. bo. Qui adhuc ſ3 humanũ iudiciuz cernunt̃ ſtare cũ iaz i dei oculis ceciderũt. Multi etiam apud

hoies reprobi ſunt: ⁊ apud deū electi reputant ⁊ ecōuerſo. Nō tñ dico qn multotiēs ɔuerſatio exterior correſpōdeat iteriori: ⁊ qꝛ h̄ vel cōtrariū diſcernē nō valemus: magna eſt p̄ſumptio velle erga ꝓximū limitare īfluentiam dine bōitatis: ſicut d̄ iſto phariſeo.

Quarta ɔſideratio.

c Irca quartā ɔſideratiōez q̄ eſt de refutatōe eiꝰ ex ꝓpria ſnīa cū addit. Et reſpōdēs ieſus dixit. occurrūt tres ɔ͞ces.

¶ Prima cōcluſio eſt: ꝙ dn̄s aliqñ temerarie iudicantibus: ſecreto ſui cordis ip̄mit oculte cognitiōez exceſſuū ſuoꝝ: vt ſic i ſe erubeſcētes a temerarijs iudicijs ceſſent: vt pꝫ de phariſeis adulterā p̄ntantibꝰ: qbus ſcribēdo i terra oiuꝫ maloꝝ ſuoꝝ notitiā imp̄ſſit. vnde dicit ⁊ huic. Symō habeo tibi aliqd dicē. Symō interp̄taꝛ obediēs. Eteniꝫ obia diſcreta vt i petro. Alia deuota: vt i chananea. Alia imunda: vt i lepro ſo: ⁊ hec. Alia exorta vt in ſymone cirenenſe. Huic ergo leproſo ſymōi d̄s loquitur occulte ſibi ſuā defectionem ſpiritualem reuelando.

¶ Secunda cōcluſio eſt: ꝙ lꝫ oēs pp peccata nr̄a ſumꝰ debitores ſꝫ iuſtitiā dinaꝫ pene debite: qꝛ nullū pctm̄ remanebit ipunituꝫ. Sunt tñ duo gnā debitoꝝ. ſ. maiores ⁊ notorij pctōres q alios ſcādalizant: ⁊ minores ſic occulti pctōres q ſcādaluꝫ nō fecerunt. Et h̄ eſt qd̄ dicit. Duo debitores erāt cuidā feneratori. ſ. pctōr notoriꝰ ⁊ occultꝰ. Debebāt cuidaꝫ feneratori. ſ. deo: q iō dr̄ fenerator: qꝛ ꝑ culpa nr̄a exigit penā eternaꝫ: ⁊ ꝑ donis gr̄aꝝ exigit merita bonoꝝ operuꝫ: q libenter mutuū ɔcedit. Matth. 27. Qui diſtricte debitū exigit. Sꝫ vnus debebat denarios qngētos. Denariꝰ appellaꝛ emēda ꝑ trāſgreſſiōe: vtrūqꝫ debitū m̄ltiplicaꝛ ꝑ gnqꝫ: qꝛ ꝑ gnqꝫ ſenſus pctm̄ ɔmittiꝛ. Sꝫ in p̄ cētenarius numerꝰ poniꝛ: qꝛ ꝑ hec pctā enormia deſignātur. Sꝫ i ſcd̄o numero pctā minora itelliguntꝛ. Hos denarios. i. emēdaꝫ nō recipit d̄s niſi fuerint imagine ſue gratie impreſſe eis. Cuius eſt imago hec ⁊c. Matth. 17.

¶ Tertia ɔcl̄o eſt: ꝙ diuina mīa ꝓmptiſſima eſt ad idulgendum oibus. Ipſe. n. ſm̄ Bertam liberalr̄ ɔdonat oēm iniuriam: vt iam nec dānet vlciſcendo: nec ɔfundat iproperādo: nec minus dil̄gat in puniēdo benigniſſima eſt diuina nā liberalr̄ agit: ignoſcit plenarie: ita vt ꝓpter fiduciaꝫ peccatoꝝ penitentiū: vbi abundauit delictum faciant gr̄am abundare. vnde dr̄ Johelis ⁊c. Cōuertimini ad dn̄m deuꝫ veſtꝝ qꝛ benignus ⁊ miſericors eſt: ⁊ p̄ſtabilis ſuper malicia. Et h̄ eſt qd̄ dicit. Non hn̄tibus illis vnde redderēt. Nō hꝫ peccator vn̄ reddat: qꝛ totū bonuꝫ qd̄ hꝫ ē alienū. Prie cor. 4. Quid habeſ qd̄ nō accepiſti: ¶ Itē qꝛ totuꝫ alia d̄ cā eſt debituꝫ. Pſal. Quid retribuā domino ⁊c. ¶ Itē qꝛ totū qd̄ pōt ſoluere eſt ipfectū. Pria cor. 4. Factꝰ eſt velut es ſonās ⁊c. ¶ Itē qꝛ ꝑ ſe nō pōt. Job. 17. Sine me nihil poteſtis fa. ¶ Item qꝛ vſura. ſ. pena excreſcit in imenſuꝫ Pſal. Ex vſuris ⁊ iniqtate ⁊c. Jō dic. Donauit vtriſqꝫ: ſine. n. dono eiꝰ gratuito non fit remiſſio pcti. Ro. 4. Juſtificati gratiſ ꝑ gr̄aꝫ eiꝰ Ipſe. n. dat locū pnie. Job. 24. ¶ Itē tp̄s ad recōciliāduꝫ. Apo. 4. ¶ Itē legē ad iſtruēdū Legē dabit de iniqtatibꝰ i via. ¶ Itē p̄cū ad redimenduꝫ. ¶ Pſalmi. Redemptionez miſit dn̄s populo ſuo. ¶ Iteꝫ gratiaꝫ ad mūduꝫ. Ezechi. 36. Effundam ſuper vos aquam ⁊c. ¶ Item ꝑſeuerātiam ad ſananduꝫ.

¶ Quarta ɔcl̄o ē vidē an qs teneaꝛ plus diligere ex commiſſo. ſ. dono gratuito vel dimiſſo peccato. Dicēduꝫ videꝛ: ꝙ qꝛ dimiſſio ē abſolutio a reatu pene. Cōmiſſio aūt eſt aliquē ꝑdona gratuita facere dignuꝫ vita eterna. Poſſet autez alicui dimitti pctm̄ ⁊ abſolui a reatu pene abſqꝫ eo ꝙ dignus eſſet vita eterna: qꝛ poſſet ſine donis gratuitis manere in puris nālibus: Et ex hoc videꝛ ꝙ ɔmiſſio donoꝝ ſit maius bonuꝫ: q̄ꝫ dimiſſio peccatoꝝ. Unde ɔcluditur ꝙ aliqs magis teneꝛ diligere ex ɔmiſſo q̄ꝫ ex dimiſſo. Un̄ beata virgo plus dilexit q̄ꝫ magdalena. Cū tñ ſibi pctā nō ſint dimiſſa: ſꝫ m̄lta dona ɔmiſſa. vn̄ dicit. Eſtimo cui plus donauit. Quia ſm̄ Greg. Cuꝫ creſcunt dona: etiam ⁊ rationes donoꝝ creſcunt. Dicenduꝫ igitur ꝙ innocens plus dꝫ diligere ex ɔmiſſo: ſed penitētes ex dimiſſo. Onde xp̄s hoc probat applicando parabolam. Ubi phariſeus qui ex commiſſo plus recepit eius ingratitudinem reprehendit: ſed peccatrix minus recepit ex dimiſſis tamen gratias egit ꝑ dilectionē. vnde addidit. Et conuerſus ad mulierem: dixit ſymoni. Ex quo intraui in domū tuā. ſ. ꝑ gr̄aꝫ diſponēteꝫ. Aquam: ſcilicet ɔtritionis. Mihi non dediſti pedibus meis. i. affectionibꝰ. Hec aūt lachrymarum aqua eſt pcioſior: qꝛ aqua viua eſt. de qua Johis. 4. Fiet in eo fons aque viuē ſa. ⁊c. Hec aūt rigauit pe. me. deuota ɔfeſſione: ſed capillis tergebat: ꝑfecta ſatiſfactione. Oſculuꝫ pacis trāqllitatis in corde tuo nō dediſti mihi

Hec autem non cessauit osculari pedes meos spūali reconciliatōe. Oleo caput meum: nō vnxisti elemosinaꝝ largitione. Hec aūt vnxit pedes meos. i. paupes eis ꝯpatiendo: ⁊ effectu: ⁊ affectu. Et ideo pp hec facta remittūť ei pctā multa: q̄ quāto plus peccauit: tanto plus ei xp̄s dimisit: ⁊ tanto plus ipsa xp̄m dilexit etiā operum exhibitiōe. vnde glo. Ardor caritatis in rubiginem pctōꝝ expulsit. Et addiť. Cui minus dimittitur: minus diligit. Dicendum q̄ istud vt frequētius verū est: q̄ illi qui surgunt de maximis pctīs: postea cōparato habitu opposito: feruētiores fiunt in dīna dilectione: q̄z illi q de paruis ⁊ mediocribus surgunt. Non tamen opꝫ illud necessario semp esse verum. Qualiter h̄ sit intelligendum: dictū est supra. vnde etiā ei non solum pctā dimisit: sed ei vitā eternā donauit. Et iō dicit. Fides tua te saluā fecit: vade i pace. Glo. In via pacis abireṗcipiť: vt a ꝯ̄tatis trinitate i via scādali nō labať.

¶ Septima ꝯclo est: q̄ lꝫ multi conuescebantur cum xp̄o fiducialr̄ fide adherētes ei: tamen mirabanť de hijs: que opabatur: tanq̄ꝫ deus forte talis admiratio fuit reuerentie: nō dubietatis causata nihilominus ex hoc: q̄ inconsueta: ⁊ rara: ⁊ sup humanam facultatē. Et potest adduci talis ratio. Nam quotiēscunq̄ꝫ transcēdentium notitia in memoriā venerit: totiēs renouat in mente miraculū. Cum igitur opera xp̄i: puta mortuos suscitare: infirmos curare: ⁊ pctā dimittere: sint transcendētia nostram facultatē: ⁊ oñdentia dīnam bonitatem: potius ꝯtebat eos in admirationē. vnde dicit. Et ceperunt q simil' discūbebant dicere. Quis est h̄ ⁊c. q. di. Oportet q̄ sit d̄s humanat⁹: q̄ solus deus pōt peccata dimittere. Cuius remissiōis nos pticipes faciat ih̄s xp̄s. Amen.

¶ Feria. 6ª. ante festū palmaꝝ. Sermo. 77.

c **Ollegerunt** pontifices ⁊ pharisei ꝯsiliū. Iohis. 2°. Scd̄m q̄d dicit Ber. vtrūq̄ꝫ nob necessarium erat: mors xp̄i. s. ⁊ vite recordatio. Naꝫ vita xp̄i viuēdi mihi regl'a extitit: mors aūt a morte redēptio. Nam vita instruxit vitā istam: ⁊ morte mortē istam destruxit. Vita qdem laboriosa: sꝫ mors preciosa. Sꝫ q̄ mors xp̄i ꝓdesse non pōt negter viuēti nec eius vita damnabilr̄ morienti: ideo viuendo viuere docuit: ⁊ mortē moriendo securam reddidit: q̄m qdem resurrecturus occubuit: ⁊ spem fecit morientibus resurgēdi. Sꝫ q̄ q̄uo vita xp̄i nobis vite ⁊ discipline documentū ⁊ speculum extitit: supra multipliciter ostensum sit ad eius mortē ꝯgruitatem ꝓcedamus. In quam pharisei ⁊ pncipes machinati sunt nutu tamen dei ac diuina p̄ordinatione: vt dicatur. Collegerūt ⁊c. vbi occurrunt. 4. ꝯsideratōes.

Prima ꝯsideratio.

c Irca primam ꝯsiderationeꝫ: que est de machinantiū iudeoꝝ ꝯspiratione in morteꝫ xp̄i: cum dicit. Collegerūt vbi sunt tres conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: q̄ mors xp̄i ab eterno in mente dīna fuerat p̄uisa ꝓpter nostraꝫ salutē. Deus. n. nouit de malo maximū bonum elicere. vnde lꝫ mors simplr̄ fuerit mala: tamen erat ordinata ad nostram saluteꝫ. vnde Ber. Mors itaq̄ꝫ xp̄i mors est mee mortis: quia ille mortuus est: vt ego viuerem.

¶ Scd̄a ꝯ° est: q̄ lꝫ ꝓuisum fuerit ab eterno xp̄ꝫ tali morte mori: tn̄ iudei machināťes i mortem xp̄i peccauerūt. Ratio est hec: q̄ oē pctm̄ q̄d fit ex libera electōe ⁊ pūersa intentōe: maxīmum est. Hec aūt ꝑsecutio erat huiusmōi. Ergo ⁊c. vn̄ cum dr̄. Collegerūt: pꝫ ꝯsilium eoꝝ fuisse ex deliberatōe. Sꝫ q̄ erat aduersus ih̄ꝫ pꝫ fuisse ex pūersa intentiōe. vn̄ augu. Plus pditi hoies cogitant q̄uo nocerēt: vt se pderēt q̄ꝫ q̄uo sibi ꝯsulerent: ne perirent. Istud. n. pꝫ sapie. 2. vbi dr̄. Circūueniamus virū iustū: q̄m ꝯtrius ē opib⁹ nr̄is. s. carnalib⁹. vn̄ glo. Qui de futura vita nō cogitant: speꝫ future vite sue volūtati p̄ferri dolēt. vn̄ ei mortē machinanť. di. Morte turpissima ꝯdēnem⁹ euꝫ. s. crucis.

¶ Tertia ꝯ° est. s. q̄ timor mundanus fuit cā ꝑsecutōis xp̄i in iudeis: q̄ fecit eos recedere a via iustitie ⁊ veritatis. Amor. n. mundanus ꝓprie dicitur: quo aliq̄s mundo innititur: tanq̄ꝫ fini: ⁊ sic est amor mūdan⁹ semp malus: a quo timor mundanus semp nascitur. Illud enim homo timet amittere q̄d amat. Et ideo timor mundanus: dicit malus: q̄ ab amore mūdano tanq̄ꝫ a mala radice procedit: quando. s. homo: pp mala que timet recedit a deo. Isto timore vt ait aug. Petrus negauit xp̄m. Vnde q̄uis naturale sit q̄ homo fugiat ꝓprij corporis detrimentum: vel etiam damna tēporalium rerum: non tamen propter ista debꝫ rece

dere a iuſtitia: quod eſt contra rationem naturalem. vnde dicitur. 3°. ethicoꝝ. Qͦ quedam ſunt peccatoruꝫ opera: ad que nec timore dꝫ aliquis cogi: ⁊ hoc eſt qđ dicitur. Quid faciem⁹ quia hic homo multa ſigna facit? Quod exponitur ſꝫ Criſo. ſic. Hic homo multa ſigna facit: ex quibus ſi dimittitur adunabit ſibi multā gētem: ⁊ ſic ſuſcitabit tyrānidem in nos: quaſi velle ſurgere contra rempublicam: ⁊ ſic deſtruent ciuitateꝫ ⁊ templum. Nam eius doctrina eſt contra templum ⁊ paternas leges. Origenes enim dicit: ꝙ hoc dictum fuit preſagiuꝫ futurorum. Licet enim hoc non intenderent. Loco enim gentium romani ponuntur q nūc locum occupant iudeorum per cauſam eorum ſalus gentibus euenit.

Secunda ꝯſideratio.

c Irca ſecundam conſiderationē: que eſt de determinatione mortis in vtilitatem noſtram cum dr̄. Unus auteꝫ ex ipſis ⁊c. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯcluſio eſt: ꝙ Cayphas donando conſilium in mortem xp̄i: dicit. Expedit ⁊c. Si protulit verba hec vt homo peruerſus: ex mala intentione ⁊ ad maluꝫ finem ſic peccauit: ſed ſi ſoluꝫ fuit anunciator ꝓphetie ⁊ inſtrumētum ſpiritus ſancti: vt ſic non peccauit. vnde Criſo⁹. Gratia ſpiritus ſancti ſolum vſa ore Cayphe. Cor aūt contaminatum non tetigit. vnde dicitur. Unus auteꝫ ex ipſis Cayphas nomine: cuꝫ eſſet pontifex ⁊c. ſ. ex pontificatu habens poteſtatem dixit. Vos neſcitis: quaſi dicens arguendo per bonuꝫ priuatum eſt deſtruendum: inquantum preiudicat bono communi: bonuꝫ xp̄i eſt huiuſmodi. Ergo ⁊c. quaſi dicens. Plus. n. expedit hunc ſeductorem mori: q̄ꝫ totuꝫ ppl'm ſeduci. Et ideo auferte eū q2 timeo ꝙ modicus error in ꝑn° magn⁹ erit in fine. ſ. quando tota gens erit ſeducta.

¶ Scđa ꝯcl'o eſt: ꝙ mors xp̄i maxime expediebat humano generi ꝑꝑ magnitudineꝫ debiti mortiſ: qđ ſine eo nō poterat ſolui. Cuius etiā efficacia oībus ſufficiebat. De quo Anſel. pulchre loquēs ait. Mirabilius deus reſtaurauit humanā nāꝫ: q̄ꝫ iſtaurauit. Sꝫ hō anteq̄ꝫ eēt nō peccauit: vt fieri nō deberet. Poſtq̄ꝫ vero factus ē: peccando meruit: vt qđ ⁊ ad quod factus erat: ꝑdēt. Q̄ꝫuis non ꝑdiderit qđ factus erat: vt eēt qui puniret: aut cui dn̄s miſereretur. Tanto ergo mirabilius dꝰ illum reſtaurauit: q̄ꝫto hoc de homine peccatore ꝯtra meritū: illud non de peccatore nec ꝯtra meritum fecit. Oportet vtique illa redemptio quam chriſtus fecit per mortem nō coactus: ſed ex propria voluntate: que neceſſitari non poteſt: vt prodeſſet omnibus tam tunc preſentibus q̄ꝫ futuris. vnde glo. ſup illud Yſai. 23. Dominus poſuit in eo omnium iniquitatum noſtrum: dicit penaꝫ oium iniquitatum ⁊ peccatorum noſtrorum: quā ſuſtinere nequimus: ſuſtinuit homo dꝰ. Intelligēdum ꝙ huiuſmodi expediētie q̄tuor erāt motiua. ¶ Primū q2 nullus dbite ⁊ iuſte redimit đ iniuria facta: niſi dtur tantū: inquantū dominās dānificauit. Offenſa dei erat ifinita q2 eius dignitas ifinita: ſꝫ ifinitū debitū ſoluere ē ſoli⁹ di: ⁊ nō puri hoīs. Ergo. ⁊c. ¶ Secūduꝫ ē ꝑciū quo qs redimit: dꝫ eē tm̄ in bono q̄ꝫtum ē in malo: peccatum a quo redimitur. alioquin nō eſſet equalis ꝯmutatio. Peccatū adẽ futurum erat magis in malum: q̄ꝫ aliqua creatura in bono: quod probat Anſelmus eo quod nullus debet magis vitare anichilationem vniuerſi: q̄ꝫ lapſum peccati mortalis. ¶ Tertiū ē ꝙ nullus poteſt alicui ſatiſfacere ꝓ alio: pro eo ꝙ ipſemet dꝫ. Omnis autē creatura debet deo quicqđ habet. Igit̄ pro alio ſatiſfacere non pōt. ¶ Quartum eſt ꝙ ꝑcium quo quis redimitur: iuſte debet habere equalitatem valoris cum redempto. Nulla autem creatura equiualet toti nature humane. Et ideo omnes homines nō poſſunt redimi. Quibuſ uiſiſ. pater: ⁊ ſpiritus ſanctus dixerunt: quod filius daret ſeipſum pro precio redemptionis humane nature. vnde dicit. Expedit vt vnus moriatur pro populo: vt non tota gens pereat ⁊c. Ubi glo. dicit: qđ ſꝫ intentioneꝫ ſpūs ſancti ⁊ non cayphe infertur hoc ad paſſionē xp̄i.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ deus dono ꝓphetie dignitatem pontificatus in caypham honorauit: licet eam non acceptauit. vbi Orige. Hic docemur quod aliqua per nos dicimus nulla inducente virtute ad proferendum. Quedā vero dicimus ſuadente nobis: q̄dā virtute q̄ꝫuis nō accipiamus: intentionem auctoris. vt patet in caypha: quia eniꝫ erat pontifex prophetauit vnde dicitur. Hoc aūt a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit quia ieſus moriturus erat pro gente. vn̄ Criſ. Uide quanta eſt virtus ſpiritus ſancti: amantem enim mala: ⁊ voluit verba prophetie proferre. Uide etiam quanta ſit virtus pontificialis poteſtatis: pontifex enim effect⁹: ⁊ ſi indign⁹

tamē ꝓphetauit neſciēs quid diceret: in quo docemur ꝙ multa bona deus fecit ꝑ malos ſacerdotes. Et additur. Et non tantum pro gente: ſed vt filios dei qui erant diſperſi ꝯgregaret ꝛc. vnde augu. Nouerat euangeliſta eē alias oues ꝑter oues domus iſrael: ꝗs opꝫ aducere.

Tertia ꝯſideratio.

c Irca tertiam ꝯſiderationem: que eſt de executione determinationis mortis chriſti: cum dicitur. Ab illo ergo die ꝛc. vbi occurrunt tres ꝯcluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ mors xp̄i in veteri teſtamento fuit prenunciata teſtimōio quatuor ꝓphetarum. ¶ Primus fuit yſaias. Yſa. 53. Sicut ouis ad occiſionē ductus eſt ꝛc. ¶ Secundus fuit ieremias. Iere. 14. Quare dñs quaſi colonus in terra ꝛc. ¶ Tertius ezechie. 47°. Qui vidit aquam egredientem de templo. i. de chriſto: ꝛ omnis anima ad quaꝫ ptinebat ſalua facta eſt. ¶ Quartꝰ eſt ozias. Ozee tertio. vbi dicitur. O mors ero mors tua ꝛc.

¶ Secūda ꝯclo eſt: ꝙ intentio mortis chriſti a iudeis triplicē habuit progreſſum. ¶ Primꝰ erat per malas cogitationes ortas a ꝑuerſa voluntate: quibus diabolo perſuadente machinabantur in mortem xp̄i. vnde dicit glo. ſuper illud Matth. 17. De corde enim exeunt cogitationes. Male cogitatōes. n. a diabolo immittūtur: ſed ex propria voluntate naſcuntur. Diabolus. n. incentor eſt non auctor: quia nec interiora niſi per habitum ꝛ geſtuꝫ nouit. vnde dicitur. Ab illo ergo die. i. poſt determinationeꝫ mortis: beatiſſime trinitatis ꝛ poſt prenunciationem ꝓphetarum. Cogitauerunt vt interficerent eum. i. primo aggreſſi ſunt cogitationibꝰ premeditando tempꝰ ꝛ locuꝫ ꝛ modū ꝛ opportunitatem mortis inferende. vnde dicit Iher. Uenite cogitemus ꝯtra iuſtum ꝛc. ¶ Scd̄us progreſſus fuit per linguā euꝫ blaſphemando ꝛ falſum teſtimoniū adducendo: quo ipſe erat accuſatus: ꝛ ꝯuitiatus. vnde ꝯqueritur in pſal. Locuti ſunt aduerſuꝫ me lingua doloſa. vnde dicit Iere. Uenite percutiamus eum lingua ¶ Tertius ꝓgreſſus fuit virgis ꝛ verberibus ꝛ plagis: qꝛ pillatus apꝓhendit xp̄m ꝛ flagellauit eum. Iuxta illud ꝓpheticuꝫ. Corpus meū dedi percutientibus.

¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ mors xp̄i fuit quatuor rebus cōparata. ¶ Primo ꝓcio: qꝛ ibi fuit xp̄s expoſitus ꝓ precio noſtre redēptionis. ¶ Secundo fuit ꝯperta vindicte: qꝛ ibi fuit iracūdia dei placata. ¶ Tertio ſatiſfactioni: iuxta illud veteris teſtamenti in ꝑſona dei patris. Nunqd dabo primogenitū ꝓ ſcelere meo. ¶ Quarto fuit ꝯparata iudicio: quia princeps mūdi huius expulſus fuit: qꝛ iniuſte voluit xp̄ꝫ poſſidē

Quarta ꝯſideratio.

c Irca quartaꝫ ꝯſiderationeꝫ: q̄ eſt de xp̄i exemplari declinatione: cum dr̄: Ieſus aūt iaꝫ in palaꝫ ꝛc. Ubi nota ſm augu. ꝙ cauſa huius declinationis fuit nō impotētie: ſed vt daret exemplū diſcipulis: non ſcꝫ eſſe pctm̄ ſubtrahere ſe ab oculis perſequentiū: ꝛ furorem ſceleratorum latendo potius deuitare: q̄ꝫ ſe offerendo magis accedere. ¶ Scd̄a cauſa ſm Origenē eſt vt oſtenderet ſicut honeſtum eſt gratia veritatis ſubire mortem: ita nō eſt minus honeſtuꝫ: nō inducere ſe tēptationi ꝓpter experientiam virtutis: tum etiā qꝛ ignoratur rei euētus: ꝛ exitus. ¶ Tertia cā eſt qꝛ in ſubtrahēdo ſe auſertur cā mali ne male agant. Seqtur. Et abijt in regioneꝫ iuxta deſ. Qꝺ xp̄s recedebat a iudeis fuit figura ꝙ erat acceſſurus ad gētes: de quo acceſſu dicit apoſtolus Multe filie deſerte magis q̄ꝫ eius q̄ hꝫ virum.

¶ Sabbato in vigilia palmarum. Sermo. 78.

c Ogitauerūt autem ꝓncipes ſacerdotum. Iohis. 11°. Scd̄m ꝙ dicit Ber. Homo peccando vitā amiſit ꝛ morteꝫ iuenit: qꝛ ꝛ dñs ita ꝓdixerat ꝛ iuſtuꝫ ꝑfecto erat vt ſi peccaret homo moreret. Uita qdem anime deus eſt ipſa corporis. Nō potuit diuidi aīa a deo niſi peccando: nec corpus ab ipſa niſi moriendo: nihil profecto congruētius q̄ꝫ vt mors operata ſit mortem ſpiritualis corporalē. Culpabilis: penalē. Uoluntaria: neceſſariā. Cuꝫ hac gemina morte hō dānatꝰ fuiſſet: vtraqꝫ dñs ꝛ hō vita ſua corporali ꝛ volūtaria benigne ꝛ potēter occurrit vtrūqꝫ dānando vt ſicut vna i nobis in culpe meritū ꝛ altera in pene debitū reputaret. Sic corporalr̄ patiens ſoluit pene debitū ꝛ volūtarie moriēs: nobis vitā ꝛ iuſtitiā ꝓmeret. vnde pꝫ mortis meritum eē peccatū: ꝛ peccati debitū mors: xp̄o remittēte pctm̄: ꝛ moriente ꝓ peccatoribus: ꝑfecto nullū eſt iaꝫ meritū: ꝛ ſolutū eſt debitum: vt pꝫ in preſenti euāgelio. vbi occurrūt octo ꝯſideratiōes.

ꝑrima ꝯſideratio.

c Irca primaʒ ꝯſiderationem: que eſt de ſpūalis vite ꝑ mortē xp̄i reſuſcitatione cum dicitur. Cogitauerunt: ſūt tres concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ quantūcunqꝫ aliqs ſit magnus peccatoꝛ: nō dʒ deſperare etiam de maxima grā acqrenda: cuʒ habeat poſſibilitatē ad gradū quēcunqꝫ grē poſſibileʒ ipſi creature Naʒ lʒ peccatum iclinet ad oppoſitū: ⁊ q̄ʒtum etiā maius eſt magis iclinat: tn̄ capacitateʒ grā non aufert: cū ipſa ſit homini nālis etiā cū grā q꞉ etiā cum quocunqꝫ gradu grē ſit a diſtributione diuina. Ideo nulla eſt diſpoſitio neceſſitatis: ad quēcunqꝫ gradū grē ex parte hoīs. Cōgruuʒ tn̄ eſt: vt inequal'r d̄s ꝯferat gratiā ineq̄liter ſe diſponentibus. vnde iſtud intelligitur i lazaro quatriduano: q ſignat maximū peccatorem: qui ſpūaliter mortuus erat: ꝑ peccatū quadrifarie. ſ. ꝑ conſenſuʒ: per opis impletionem ꝑ delectationem: ⁊ ꝯſuetudineʒ: Is tn̄ a morte ſpūali ꝑ grāʒ merito paſſionis excitatur.

¶ Scd̄a ꝯcl'o eſt: ꝙ d̄s conuerſos frequenter permittit ſuſtinere iſultus tēptationuʒ: vt i virtutibus exerceat̄. vnde Iſido. de ſum. bo. Tūc grauari magis ſe qſqꝫ impulſu vitioꝝ agnoſcit dum ad cognitionē dei acceſſerit. Nā vitia an̄ ꝯuerſionē paceʒ cū homine hn̄t: quādo autē expelluntur: tunc acriori virtute ꝯſurgētes: fiūt inimica ꝯuerſo: q̄ peccatori antea blandiebant̄ Fit tn̄ talis afflictus nō ad dānationeʒ: ſʒ ad ꝓbationeʒ. vn̄ ſeq̄tur. Utile eſt ſeruo dei poſt cōuerſioneʒ tēptari: quatenus a torpore negligētie ſolicitantibus vitijs ad virtutes: animā per exercitium prepararet vitioꝝ. vn̄ dicitur. Cogitauerunt ꝑncipes ſacerdotuʒ: vt lazaꝝ interficerent. Principes auteʒ cogitationes ſapie ſecularis: que ꝯſideratione nobilitatis generis dicuntur ꝑncipes: ⁊ ꝯſideratione dignitatis ſacerdotes dicuntur. Et ꝯſideratiōe ſagacitatis: dicuntur ſcribe: ⁊ conſideratione vite ſingularitatis: dicuntur phariſei. He dicūtur tēptationes: quia eleuantes coꝛ iuſti in ſuperbiam trahere nituntur in recidiuum.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ perfectio vite poſt conuerſionem efficax eſt: alijs etiā ad exēplum conuerſionis. Nam talis mutatio dicitur dextre excelſi. Cuius eſt motu proprio voluntateʒ flectere. Hec enim taliter in nomine ꝯuerſioneʒ operatur: vt etiaʒ ſimul cuʒ hoc moueat volūtateʒ ad donum grē acceptandum. Vn̄. Ro. 4. Ipſe enim eſt: qui iuſtificat impium ⁊c. vnde dicitur. Multi ꝓpter illum abibant ⁊ crediderunt in ih̄m. Quid per iudeos intelligit̄: niſi eos: q exēplo ꝯuerſi: ſpūali circunciſione auferentes: ꝓ̄putium carnis ꝯcupiſcentie cultro cōfeſſionis exercitāt ſe in laude diuina? Hij aūt abeuntes a ꝯſortio iudeoꝝ. i. demonum. Demones. n. credunt: ⁊ ꝯtremiſcunt. Iacobi. 2. Crediderunt in ih̄m: ei ꝑ fidem: ſpem ⁊ caritatem inherendo. vn̄ ſm̄ Yſa. lex dei quotidie ad aures noſtras pulſat: ⁊ factoꝝ documenta bonoꝝ cordis noſtri affectum ꝓuocant. Et ſi prauoꝝ ſepe ſecuti ſumus exempla: cur nō imitamur ſanctoꝝ digna ⁊ deo placita facta?

Scd̄a ꝯſideratio.

c Irca ſcd̄am ꝯſiderationem: q̄ eſt de ꝯuerſoꝝ debiti obſeq̄j exhibitiōe: cuʒ dicitur. In craſtino auteʒ. occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯcl'o eſt: ꝙ ad verā ꝯuerſioneʒ nō ſufficit mala relinquere: ſʒ opʒ etiā ſe exercere in opibus virtuoſis. vn̄ Grego. in ome. dicit ꝙ minus eſt malum nō agere: q̄ʒ niſi qſqꝫ etiā ⁊c. Et hoc intelligitur cū dicit̄. Turba multa. ſ. iudeoꝝ: q iaʒ penitentiā ſpiritualis ꝯuerſionis abſtulerunt penitentiaʒ carnalis ꝯcupiſcentie: que cuʒ audiſſet aure cordis: ꝑ inſpirationes ſecretas uocationem ꝑ ſcripturas ⁊ predicationes. ſ. q꞉ venit ieſus. i. gratia ſalutis nobis venerit per paſſioneʒ eiꝰ: iheroſolymaʒ. i. vt nos transferret in ſupernā pacem vite eterne acceperunt ⁊c.

¶ Secunda ꝯcl'o eſt. ꝙ talis conuerſio debet eſſe feſtina cōtra illos q dicunt vſqꝫ in ſenectā ⁊ ſenium. vnde licet aliqn̄ tales deus diutius expectet tn̄ in fine eos acrius punit. In mora eſt eniʒ ꝑiculum. Eccl'. 7. Ne tardes conuerti ad dominuʒ ⁊ ne differras de die in diē: ſubito enim veniet ira eius ⁊ in tempore vindicte diſꝑdet. Et hoc ē ꝙ dicit̄: in craſtino aūt. q. d. ꝙ tale exercitiuʒ nō eſt ꝓcraſtinādū: ſed ſtatim poſt conuerſionem in craſtino. i. ſine differentia eſt incipiendum ⁊ perficiendum.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ poſt conuerſioneʒ exercitatio debet fieri maxime in tribus. ¶ Primo in imitatione bonoꝝ opeꝝ in alijs. Nā virtutes nō ſunt nobis a natura: ſed ab alioꝝ exemplis acqrunt̄. vn̄ Iſid. dic̄ ad correctionē moꝝ multū valēt exēpla bonoꝝ. Mētes. n. icboantium non queunt proficere ad bene viuendum niſi perfectorum informent̄ exemplis. vn̄ dicit

Acceperunt ramos palmarũ. vnde ramos de arboribus decerpunt: q̄ ſibi in bonis opibus viros ſpūales ad imitandũ ꝓponunt: q̄ accipiuntur p arbores: q̄ ſurgentes de terra: erigunt ſe ſurſum ad celum. Quidã ſunt vt palma: ⁊ de iſta decerpendus eſt ramus pnie. Pſalmi. Juſtus vt palma florebit. i. victores: qui idẽ ſunt vt iuſti. Quidã ſunt vt oliua: ⁊ de iſta decerpẽdus eſt ramus mie. Pſal. Ego ſicut oliua. Quidã ſunt ſicut cedri: q̄ eſt arbor imputribilis. Ab iſta decerpendus eſt ramus virginitatis. vnde eccli. 4. Quaſi cedrus exaltata ſuz

¶ Scđo in propriorum operum puipenſione. Hoc. n. facit vere humilis: qui ex humilitate non reputat opa ſua bona. Luce. 17. Cũ oīa feceritis: q̄ precepta ſunt vobis ⁊c. Glo. reſpectu dei: q̄ bonorum noſtrorum non indiget: non reſpectu ſui vel ꝓximi. Glo. Si vero homo ab hoie ſeruo nõ vniforme: ſed multiplex miniſterium exigit: q̃to magis vos nõ vnius tm̃ opis vſu vos exercere debetis: ſed ſemp nouis ſtudiis augere bona. vnde tanto magis debem⁹ nos humiliare: cum de illis multa omiſerim⁹. Debemus igit̃ nunq̃ ceſſare a bono opere: ⁊ tamen totum meritum noſtrum inſufficiẽs reſpectu mercedis eterne reputare verum eſt de cõdigno: non de ꝯgruo. Non ſunt ꝯdigne paſſiones ⁊c. vnde dicit. Proceſſerunt. ſ. cum meritis. Obuiã ei. ſ. diue bonitati aſcribendo.

¶ Tertio in diuine laudis gratiarum actione: q̄ maxime debet̃ illi: qui gratis beneficiuz ꝯtulit: ad qđ non tenebat̃. Jn deo aũt ꝑncipalr̃ inuenitur cauſa debiti: cum ſit ꝑncipium oium bonorũ noſtrorum. vnde reqritur q̄ ille q̄ ſuſcipit beneficium: obliget̃ ad gratiarum actiones. Cũ ergo a deo ſimus beneficiati: ſimus ſibi grati voce laudis. Hoc. n. eſt ſibi maxime gratum. Pſal. Sacrificium laudis honorificabit me. vnde iſti aduertentes multitudinẽ culpe ſue ⁊ miſerationis dei: deuotiõe magna q̄ eſt amor interior aie: clamabant magna voce de ſua miſeria dolentes: de ſua ſuauitate gaudentes: ⁊ gratias agẽtes. d. O ſanna benedict⁹ q̄ venit in noie domini: rex iſrael. ¶ Ubi ꝑmo poſuit ſuffragium: q2 oſanna idem eſt qđ ſalua obſecro. Jſaie. 33. Jpſe veniet ⁊ ſaluabit nos.

¶ Scđo reducit debitum obſequium. Quilibet enim tenetur benedicere ⁊ laudare deum. Pſal. Jn omni loco dominationis eius ⁊c.

¶ Scđo in omni tpe ꝓpter ꝯtinuam influentiaz pietatis. Tho. 4. Omni tpe benedic deũ.

¶ Tertio omnibus modis ꝓpter influentiam infinitam bonitatis. Tho. 13. Benedicite dominum omnes electi eius. Et dicit. Jn nomine domini. i. patris: in cuius gl'iaz oīa ordinabat. Dicunt etiam rex iſrael: q2 ſm Aug. xps dicitur rex ab effectu: eo q̄ mentem regat: vel eo q̄ ad regnum celorum ꝑducat.

Tertia ꝯſideratio.

Circa tertiam ꝯſiderationem: q̄ eſt de gratie ꝑuenientis diſpoſitiõe: quod inducit humane nature ſubiugatio: cum dicitur. Et inuenit ihs aſinuz. vbi occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: q̄ lz gratia dei oībus ſine acceptatione pſonarum preſto ſit: cum ſit donum dei ſupnaturale a ſolo deo vere collatum: req̄rit tamen diſpõnem debitã in recipiente. Naz ſicut videmus in agente nãli q̄ agens naturale non põt inducere formã: niſi materia ſit preparata. Et ideo alteratio ꝑcedit introductionẽ forme ſubſtantialis: vt contraria diſpoſitiões amoueantur: ⁊ conueniẽtes introducantur. Sic etiam eſt in ſpūalibus: q̄ ab agente ꝑmo ⁊ principali. ſ. deo nõ introducitur forma gratie in aiam tanq̃ in ſuuz ꝑfectibile: niſi anima diſpoſita ⁊ ꝑparata ſit. Hoc intelligit̃ cum dicitur. Jeſus. i. gratia ſalutaris. Jnuenit aſellũ. Per aſinum intelligitur humana natura obtuſa ſenſu: que impedit̃ ad recipiendũ gratiam ꝓpter indiſpoſitionẽ: habilis tamen ad diſpoſitionem. Jpſa. n. humana natura lz lapſa fuerit: non tamen inueterata ⁊ obſtinata: ⁊ ꝑconſequens in ea remãſit aliqua aptitudo ad ſuſceptionez grẽ: ⁊ nõ in anglo cũ fuerit obſtinat⁹.

¶ Nota tamen q̄ aliqđ eſt habile ad gratiam dupliciter. Uel ꝑ potentiam dei abſolutam: ⁊ ſic vtraq̃ ad gratiaz fuit habilis vel reparabilis. Uel per potentiam dei ordinatam: ⁊ ſic humana natura ſolum eſt habilis. Si loquamur de potentia reparabili. Hoc etiam dupliciter: vl' de potentia actiua: vel de potentia paſſiua. Et hoc dupliciter. ¶ Primo modo vt eſt aptitudo nuda obedientialis: ſic vtraq̃ fuit reparabilis. ¶ Alio modo vt eſt aptitudo diſpoſita: ſic humana natura erat habilis: quia ſola penitẽtie ſuſceptibilis.

¶ Scđa ꝯclo eſt: q̄ gratia dei inueniẽs in nobis habilitatez: ꝯfert nobis diſpõnem: cauſando in nobis alias virtutes: q̄bus adipiſcimur dei acceptationem. Ratio eſt hec: q2 nullus ẽ deo acceptus ⁊ gratioſus: niſi ſit promptus

ad ſingula opera virtutū: quam ꝓ̄ptitudinē
habet per virtutes qbus exitur in actus virtuo
ſos. Sicut etiā aīa nō eſt ꝑncipium opꝰ natu/
ralium: niſi ꝑ organa in corpore determinata.
Sic gratia gratum faciens ceteras virtutes in
cludit: quibus fit acceptabilis deo. Et hoc eſt
quod dicit: ꝙ ibs: ideſt gratia ſedit ſup eum: in
anima cauſando virtutes integrantes gratuo
ſitatem deo acceptabilem.

¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ ſex ſunt virtutes nos diſ
ponentes nobis collate per gratiam. ¶ Pri-
ma eſt lumen fidei: qua mens illuſtratur veri/
tate eoꝝ: que ad ſalutē requirūt. vnde Augu.
dicit. Fides eſt omnium bonoꝝ fundamentū
humane ſalutis initium: ſine hac nemo pōt ad
filioꝝ dei numeꝝ pertinere. vnde licet intelle-
ctꝰ noſter ſufficiēter intelligat ea: que ſunt ſub
ſua facultate: indiget tamē lumine fidei: in hijſ
q̄ excedunt naturalem cognitionez. Et hoc lu-
men dicit lumen gratie: inq̄ztum eſt nature ſu
peradditū. vnde dicit. Sicut ſcriptū eſt. Qua
ſi dicens ꝙ omnia que ſunt neceſſaria ad ſalu
tez: ſcripta ſunt in hijs q̄ fidei ſunt fulcimentū.
¶ Scd̄a eſt fiducia de deo: q̄ excludit timorē.
Nam ipſa eſt ſpes roborata ex alia firma opi/
nione. Et ideo excludit timorē. Pſal. Fiduci
aliter agā in eo ⁊c. vnde nota ꝙ fiducia aliquā
do ꝯcipitur ex hoc ꝙ aliqs credit alicuius auxi
lium ꝓmittentis. Sed q꞉ fides dicitur etiam
opinio vehemens: ꝯtingit aliquem vehemen/
tem opinari: nō ſolum ex dicto alterius: ſed ex
facto ꝯſiderato alicuius amicitie: puta cum ali
quis ꝯſiderat alium amicum ſuum eſſe poten-
tez: fiduciam hꝫ iuuari ab eo: ⁊ ſic timor caſſat
vnde dicitur. Noli timere. vbi Auguꝰ. Noli
timere cuz patitur ille: q꞉ eius ſanguis ꝓ te fun
ditur: per quem tuum delictum deletur: ⁊ vita
redimitur. ¶ Tertia eſt dilectio dei: qua ado/
ptamur in filios dei. Ad Ro. 8. Non accepi/
ſtis ſpūm ſuitutis: ſed accepiſtis ſpiritum ado
ptionis filiorum dei. Ratio eſt. Nam ꝓprium
eſt filioꝝ adimplere preceptum patris. ſed cari
tas facit adimplere p̄cepta dei. Ideo cauſat in
nobis adoptionez filiorum dei. vnde p̄ma ad
Thimo. p̄mo. Caritas eſt finis p̄cepti de cor/
de puro: ⁊ conſcientia bona: ⁊ fide non ficta.
Glo. Caritas eſt finis ꝯſumationis: non con
ſumptionis. Plenitudo. n. legis eſt dilectio.
vnde aīa in caritate radicata: dicitur filia ſyon
qđ interp̄tatur ſpecula. Nam aīa exn̄s in alto
ꝑfectionis: ſollicite ſpeculatur: ꝯſiderando ea:
que beneplacita ſunt dilecto. vbi Augu. in li.
de ꝯceptione ⁊ gratia. Cuz dixiſſet ꝙ ſine gra
tia nullum bonum hoīes faciunt: ſubdit. Non
ſolum vt miniſtrante ipſa qd faciendu ſit ſciāt
verum etiaz vt p̄ſtante ipſa faciant cum dilecti
one qđ ſciūt. Et ſic pꝫ quomō cauſat gratia ca
ritatem. ¶ Quarta eſt vera obīa. Ipſa. n. eſt
ſm Greg. ſola virtus: que alias virtutes mē
ti inſerit: inſertaqꝫ cuſtodit. Et ideo regit oēs
noſtras meritorias actiones: inq̄ztum. ſ. ordi/
nantur ad obediendū diuine voluntati: q꞉ ſm
Ber. dirigit greſſus noſtroſ: ⁊ ſancte ꝯuerſi-
onis gratiā ꝓmeretur. Et ideo dicitur rex vir/
tutum. Quod pꝫ cum dicitur. Ecce rex tuus
venit ſedens ſup pullum aſine: intelligendꝫ
ꝙ obīa hꝫ officiū regis. ¶ Primo q꞉ regit eū
quē poſſidet. Greg. Dū alieni voluntati ſub/
dimur nos ip̄os ſuperamus. ¶ Secundo q꞉
facit nos acceptatiōe dignos. Ber. Quid vis
me facere? Eſt verbum omni acceptatione di
gnum. ¶ Tertio q꞉ ſubdit deuz noſtre volun
tati. Greg. Si obediētes fuerimus p̄poſitis
noſtris: obedit dꝰs oroībus noſtris. ¶ Quar
to q꞉ nos efficit reges regni celeſtis. Mat. 12.
Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata.

¶ Quinto eſt teſtimonium ꝯſcie: quo qs cer/
tificatur in mentis ꝯſideratōe de reqſitis ad ſa
lutem. vnde apl̄s videns teſtimonia xp̄i: qui
ꝑatus eſt ſalutem noſtrā eſſe credibilia dixit.
Scd̄a ad Thimo. p̄mo. Scio cui crediddi: ⁊
certus ſum ⁊c. De quo Ber. ait ſup cantica.
Nihil ab hac luce clarius vel gl'ioſius h̄ teſti/
monio: cuz veritas inſulget: ⁊ mens noſtra in
veritate ſe videt. Sed qualē? Pudicam: vere
cundā: pauidā: circunſpectā: nihil penitus ad
mittentem: qđ euacuet gl'iam ꝯſcie atteſtantis:
in nullo ꝯſciam ſibi faciens. In quo erubeſcat
p̄ſentia veritatis. Scd̄m eundem teſtimoniū
ꝯſcie veꝝ eſt. Cum ſpiritus ſanctus teſtimoni
um ꝑhibet ſpiritui noſtro q peccata ꝯdonat: ⁊
merita donat: ⁊ p̄mia ipſe redonat. vnde dicit
Teſtimonium q ꝑhibebat turba. q. d. Turba
ſanctaꝝ affectionum: que erat cum gratia: quā
do lazaꝝ. i. pctōrem vocauit. ſ. ad gratiā cōdo-
nando: teſtimonium ꝑhibebat. ſ. potētie eius:
quādo eum ſuſcitauit a morte: merita donādo
Et ꝓpterea venit ei turba obuiā: q꞉ audiebāt
eum feciſſe h̄ ſignū. ſ. mirabile: q꞉ illi peccato
ri p̄mia redonauit. vnde Aug. Vtile eſt teſti/
monium: qđ ordinat ad introducendū fidez in
cordibus hoīum. ¶ Sexta eſt zelus iuſtitie:

quia tales taliter in fide ſolidati: miraclis ⁊ exē
plis zelando p fidem: oēs nituntur ſubdere fi
dei: ⁊ retrahere a pſecutiōe. vnde dicit. Pha
riſei ergo. ſ. illi q expectabāt ſalutem. Dixerūt
adinuicē: admirantes mirabilia dei. Uidetis
quia nihil pficimus pſequendo: qꝛ iſta que vi/
demus: a deo ordinata ſunt ad oīum ſalutem.
Ecce mundus totus poſt eum abijt. ſ. a perfi/
dia iudeoꝝ: ⁊ adheret ei. vbi dicit Criſo. q nō
fuit verbum phariſeoꝝ inuidentiū: ſed magis
credentium: volentium retrahere alios a per/
ſecutione chriſti.

Quarta conſideratio.

Circa quartā conſiderationem que ē
c de ſufficiētia meriti chriſti mortis ge
neralis applicatiōe que innuit legis
nature admiſſio cū dicit. Erant aūt gentiles:
vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯcl'o ē: q paſſio xpi opportunitate
congruitatis nō neceſſitatis fuerit ad hoc ordi/
nata: vt ſuos redimeret: oportuit non ſolū ſibi
adherentibus ſubuenire: ſed ēt eos: q p pctm̄
obierant p ſuā gratiā reuocare: cū per ſe redi
re nō ſufficiāt. Quid mirū: ſi oportuit eū addu
cere: cum qđ longe maius eſt: oportuit eū hu
meris ppꝛijs reportare? Tunc. n. a deo recedi
tur p pctm̄: cū cogitatōes ⁊ affectiones aīe cir
ca res tpales ⁊ corruptibiles occupant. Sꝫ qñ
ſe ſubijciunt recte rationis ordinationi ſe regē/
das: tunc gratia dei adunant: de quo oſee pri/
mo. Congregabunt filij iſrael. i. cogitationes
⁊ affectiones: ⁊ ponent ſibi caput vnum. vnde
dicit. Erant autem gentiles qdam q aſcende.
Gentiles. n. ſunt appetitus carnales qui ſol/
licitantur in ſuperfluis tēporalium. Naz in gē
tili ſunt duo. ſ. prepucium ⁊ idolatria. Prepu
cium eſt caro ſuperflua ſignans ſupfluitatem
eoꝝ q̄ corporis ſunt: vt victus ⁊ veſtitus quo/
rum ſollicitudo eſt prepuciū cordis. Jher. 4.
Circūcidimini viri iuda ⁊ auferte ppucia cor/
dium veſtroꝝ. ¶ Itē ſunt idolatre. Cupidus
eſt idolatra. Colo. 3. Auaritia eſt idoloꝝ ſerui
tus. vnde dicit. Erant gentiles. i. ſpirituales.
Hij. ſ. vocati inſpiratione aſcenderunt affe/
ctu: vt adorarent: ſed diuinam clementiam pro
venia. In die feſto. Id ē in tēpore gratie: quo
ſolū: neqꝫ ante: neqꝫ poſt orationes exaudiun/
tur ⁊ venia condonatur.

¶ Scđa ꝯcl'o eſt: q due ſunt vie perducentes
in vltimum finem: ſed cognitio diuina ⁊ dile/
ctio pcedens a duplici potentia. ſ. intellectiua:
⁊ volitiua. Probat. n. qꝛ finis nō attingit niſi
per operationē eius qđ eſt ad finem: ſicut vide
mus in naturalibus q grauia nō attingunt cen
trum: niſi per motū deorſū: ſꝫ finis vltimus
rationalis creature eſt beatitudo. Igit ad hūc
finem nō pertingit hic niſi per operationes: ⁊
maxime per tales operationes que cōgruūt fi/
ni: ſicut ē cognitio ⁊ dilectio. Igit iſte due vie
Qđ aūt cognitio ꝯgruit fin ipꝫ. Joh. 15. Hec
eſt vita eterna vt cognoſcant ⁊c. Patet etiam
de dilectione p illud. Joh. 8. Si qs diligit me
Et hoc ē qđ dicit. Hij ergo acceſſerūt ad phi/
lippū: qui interpretat os lampadis: id eſt in/
telligens pdicator diuine ſapiētie. Bethſaida:
Id eſt de domo venatoꝝ: id eſt apoſtoloꝝ qui
predicatione fidei venati ſunt animas que peri
erunt. Galilee: Id eſt trāſmigrationis: qꝛ ani
mas tranſmigrare fecerunt de culpa ad gratiā
de pena ad gloriam: Et interogauerunt eum
domine volumus ihm videre. Id eſt ſaluari.
Sꝫ qꝛ caritas nō pōt eſſe ſine cognitiōe: eo q
oportet obiectum oſtendi ipſi voluntati ab in/
tellectu. Ideo precedit cognitio vt via neceſſa
ria ⁊ preuia ad actū amoris: ⁊ tunc p vtranqꝫ
viam accedunt ad vltimum finem: et hoc ē q
poſt gentiles: id eſt appetitus carnales. Acce/
dunt ad philippum: id eſt ad cognitionē ſuam
infirmitatē: iuſtitie eqtatem: mīe promptitudi
nem: ⁊ pene acerbitatē cōſiderando. Sed phi
lippus dicit andree. Andreas. n. virilis inter
pretat ⁊ ſignat dilectionē: que omnes noſtras
operationes viriles facit ad merendū. Et hij
duo. ſilicet cognitio et dilectio. Dicunt ihesu.
id eſt introducunt penitentem ad ſalutem.

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: q p paſſionē xpi nobis ve/
nit tempus reconciliationis: in quo pmptiſſi/
mus eſt ad recipiendum nos ad ſuam gratiā
Naz homine facto inimico dei: diſpoſuit tota
trinitas illum nō admittere ad beatitudinē niſi
per aliqđ obſequm alicui⁹ creature magis dile
cte q̄ꝫ fuerit offenſa diſplicens. Talē aūt perſo
nam: non hūit humana natura: qꝛ tota fuit ini/
mica. Ideo placuit humanā naturā ad amici
tiam reuocare per obſequm mortis chriſti. ſ.
perſone magis dilecte. vñ apoſtolus. Cū ini
mici eſſemus reconciliati ſumus p mortē filij
eius. vñ dicit. Jheſus aūt reſpōdit. vbi Aug.
hic predicit futuram conuerſionē gentium: qꝛ
iſti deſiderabant eū videre. Et iō iam pmittit
adeſſe horā ſue glorificationis: que facta in ce/
lis quia gentes fuerāt crediture: et ideo dicit

Venit hora vt clarificetur hic filius hominis ſcilicet in paſſione: reſurrectione: ⁊ aſcenſione quaſi dicat. Gentiles petūt me: ſed magis me petent: quando conuertētur. Sed hec ↄuerſio ſequitur glorificationē meam: que eſt per paſſionem ⁊ reſurrectionem. Et hoc eſt ꝙ dicit ſe glorificari debere. Et ideo ſubdit exemplum huius dicens. Nō ſicut granum non fructificat niſi moriatur: ita ⁊ filius hominis. vbi dic filium hominis eſſe granum: ⁊ cadens in terram: ⁊ moriturum: ⁊ fructificaturum.

Quinta ↄſideratio.

c Jrca quintam conſiderationem: que eſt de huiuſmodi meriti participatione: quod pretendit ad eius imitatōeꝫ cum dicitur. Qui amat animam ſuaꝫ. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ↄcl'o eſt: ꝙ paſſio xp̄i fuit nob meritum ⁊ meritoria. Ratio huius eſt. Nam ad meritum concurrunt tria. ¶ Primum eſt vt ille qui meret: ſit in ſtatu acqrendi mercedem: qꝛ que ſunt in termino nihil merētur: qui nihil acqrere poſſunt. Ex hoc pꝫ ꝙ xp̄s mereri potuit: qꝛ lꝫ xp̄s q̄ꝫtum ad aliqd in termino perfectionis fuerit. ſ. q̄ꝫtum ad rōnes anime: qbus beatus erat ⁊ ↄprehenſor: tamen q̄ꝫtum ad aliquid ꝑfectum patiebatur eoꝝ: que ad gloriam pertinent: inquantum. ſ. erat paſſibilis anima ⁊ corpore: ⁊ inquantuꝫ erat corpore mortalis. Et ſm hoc erat viator in ſtatu merendi. ¶ Secundo. ſ. vt ſit dominus ſue actionis. Alias autem per actionē ſuam non dignificat ad aliquid habendum. Et ideo ea que agunt per neceſſitateꝫ nature vel etiam per violentiā de hijs nō merentur. Chriſtus ergo paſſione ſua meruit: qꝛ erat dominus actuum ſuorum per liberꝫ arbitrium. vnde Jhere. Oblatus ē qꝛ ipſe voluit. ¶ Tertio vt actio equipararet mercedi ſm equalitatem ꝓportionis: que reqritur in iuſtitia diſtributiua: qua deus premia eterna partitur. Actio aūt ꝓportionata ad vitaꝫ eternaꝫ: eſt actio ex caritate facta. Et ideo per ipſam ex ↄdigno meretur quis ea: que ad vitā eternaꝫ pertinent. Sed quia paſſio xp̄i erat informata caritate: ideo erat meritoria.

¶ Scd̄a ↄcl'o eſt: ꝙ gratia que eſt principiuꝫ merendi ⁊ alia naturalia que exigunt ad meritum: ſub merito non cadunt. ¶ Primū pꝫ. Nam radix merendi eſt gratia: merces eſt terminus cuiuſlibet boni operis. Qui ergo non habet ꝑncipium boni opis: non pōt mereri. vnde ad Roma. quarto. Si ex operibus iuſtificatur homo iam non ex gratia.

¶ Tertia ↄº eſt: ꝙ xp̄s volens nos inuitare ad imitationē meritorie paſſionis: hortat nos ad tria: que perficiunt meritum paſſionis.

¶ Primuꝫ eſt caritas ordinata. Caritas. n. ꝑficit oēm opatōeꝫ. vn̄ ad colo. 3. Caritas eſt vinculum ꝑfectionis. Sufferentia aūt paſſionis inter oēs actus virtuoſos maxime demōſtrat actus ꝑfectionis ⁊ caritatis: qꝛ tanto magis oſtenditur aliqs aliquā rem amare: q̄ꝫto ꝓ ea rem amatam magis ↄtemnit: ⁊ rem magis odioſam eligit pati. Manifeſtū eſt aūt ꝙ inter oīa bona ꝑſentis vite maxime hō amat ipſam vitam: ⁊ eᵒ odit ipſam mortem: ⁊ ꝑcipue cum doloribus corporalium tormentoꝝ: quoꝝ motu etiam bruta a maximis voluptatibus abſtrahuntur ſm Augu. 83. q̄onuꝫ. Cum igit caritas ꝑficiet eam: vt fiat meritoria: quare ⁊c. Et hoc eſt qd̄ dicit. Qui amat aīam ſuaꝫ: ꝑdet eaꝫ ⁊ q odit aīam ſuā ⁊c. q. d. Inordinatus amor anime facit eam ꝑire. Ordinatum aūt odium facit eā inuenire. vl' ſic. Uerus amor rei ꝑtermittit minus bonū ꝑꝑ maius bonuꝫ. Maius aūt eſt bonū ſp̄ūale q̄ꝫ corporale. Et iō vere ille amat ſeipꝫ: q ſe exponit ad ꝑdēduꝫ bonū corporale: ne ꝑdat ſp̄ūale. Et ille odit ſeipm̄: q ꝑdit ſp̄ūale ꝓ carnali. vel ſic. Qui amat vitā ſuam amore vero: ꝑdet eaꝫ. i. exponet eam: vt ꝑdat anteq̄ꝫ bonum ſp̄ūale. q. d. Jlle vere amat: qui vult ꝑdere qd̄ minus eſt: vt hēat quod maiᵒ eſt Et q odit aīam ſuam in h̄ mundo: exponendo eam ꝑditioni. Inueniet eam. ſ. melioratam.

¶ Scd̄m eſt voluntas ꝓmpta. vn̄ lꝫ ſm phm 2º. ethi. paſſionibus nō meremur nec demeremur: veꝝ eſt in ſe ↄſideratis. Maxime tn̄ meremur paſſionibᵒ voluntarie acceptatis. Ratio huiᵒ eſt: qꝛ q̄ꝫto aliqd hꝫ magis rōeꝫ cauſe meritorie: tanto efficacius hꝫ rōnem meriti. Sꝫ cā meritoria. ſ. paſſio xp̄i erat voluntaria. Naꝫ oblatus eſt: qꝛ ipe voluit. Ergo ⁊c. vn̄ lꝫ opus nr̄m hꝫ rōem meriti de ↄdigno ex vi motionis diue: de ↄgruo tn̄ hꝫ rōnem meriti: ſm qd̄ ꝓcedit ex libero arbitrio: inq̄ꝫtum voluntarie aliqd facimus. Congruū eſt. n. vt cum hō bn̄ vtit ſua virtute. Dn̄s ſm excellētem virtutem excellēter opet remunerando. vn̄ dr̄. Si qs mihi miniſtrat: me ſequat. q. d. Bonᵒ miniſter q̄rit ea: que placent dn̄o ſuo: voluntateꝫ ſuaꝫ volūtati eiᵒ ↄfirmādo. Sꝫ dn̄s volūtarie ſuſtinuit. Igit ⁊ tollerātia nr̄a ſit voluntaria.

Unde dicit. Qui ſeqt me ꝛc. q. d. Ego pceſſi: voluntarie ſuſtinens pro alijs ex vero amore. ſequatur me voluntarie ſuſtinendo: ꝛ ſi ſic querit honorem meū: ꝯmunicabo ſibi gloriam meã. vnde ſeqtur. Ubi ſum ego: illic ꝛ miniſter meus erit. ſ. non tantū q̃tum ad locum: ſꝫ etiam ad glorie participationē. ¶ Tertium eſt poſſibilis equiualentia opationis ad mercedeꝫ vnde lꝫ ſm aplm: ad roma. 8. Paſſiones huius tpis non ſunt ꝯdigne ad futuraꝫ gloriā ꝓmerendam. Ex inſtitutione tn̄ diuine bonitatis opera ſm noſtram poſſibilitatem multiplicata ꝛ intentione recta ad honorem dei: ꝛ ad ſalutem ꝓximi ordinata ſaltem ꝯgruenter equiualent eterne mercedi. Cōgruum. n. eſt: vt debite ſe exercitantes: in operibus virtuoſis: vt eterna mercede ꝑmietur. vnde Mat. 20. Uoca operarios ꝛc. Et ad ro. 2. Gloria aūt ꝛ honor: ꝛ pax omni opanti bonuꝫ. vnde ſequitur. Si qs me honorifi. ſ. in operationibus ſuis. ſ. honorem meum ꝑtendendo: honorificabit euꝫ pater meus. Quia de ſeruo faciet filium. Ad Roma. 8. Ipſe ſpiritus teſtimoniuꝫ reddit ſpiritui noſtro q̄ ſumus filij dei.

Sexta conſideratio.

Circa ſextam ꝯſiderationem: que eſt de patris approbatione: quod ꝓbat celice vocis itonatio ibi. Nūc aūt aīa mea ꝛc. vbi occurrunt tres concluſiōes.

¶ Prima ꝯcluſio eſt: q̄ lꝫ paſſio xpi corporalis fuit ſufficiens ſolutio debiti omnium peccatorum noſtroꝝ. Dicit. n. Bern. q̄ vna gutta ſanguinis xpi ſuffeciſſet: ꝛ hoc ꝑpter dignitatē perſone: tamen maior vis ſufficientie in contritione aīe eius ꝯſiſtebat: vnde lꝫ mors expediēſ fuerit pro nobis: tn̄ actus ꝯtritioniſ anime xpi qua in cruce fuit ꝯtritus de noſtriſ peccatis maxime dicitur fuiſſe ſalubris: qꝛ paſſio aīe eſt fortior: ꝛ ad merendum efficacior indulgentiā q̃ꝫ corporis paſſio. Q̄ autem xp̄s fuit contritus patet cum dicitur. Nunc aīa mea turbata eſt: ꝛ iſta turbatio de peccatis noſtris fuit. Fuit etiaꝫ cum ſumma gratia que eſt ꝯtritio pfecta: vt patuit: ꝛ in veritate in virtute iſtius ꝯtritiōis xpi Habent virtutem oēs noſtre ꝯtritiones: alie ad delendum peccata. vnde ſequitur. Quid dicam. i. quid plus faciam ꝓ peccatis populorū: cū paſſio corporalis ꝛ mentalis ſit ſufficientiſſima: Et ideo. Pater ſaluifica me ex hac hora: ideſt ſaluos fac eos fieri: quos mihi ꝑdeſtinatione appropriaui: ꝛ ꝓ quibus hec ſuſtinui: qꝛ propterea in hanc horā veni: quā ab eterno ꝑdeſtinaſti: vt hec pro peccatoribus ſuſtinerem. ¶ Secunda ꝯclō eſt q̄ deus contritionem approbat ſufficientem: et acceptat etiam ꝓ omnibus peccatis: que etiā peccator poſſet excogitare. Ratio eſt. Nā contritio peccatoris magna infirmitas eſt ꝛ indiget magna cura: ita maxima culpa requirit ſm iuſtitiam diſtributiuam maximaꝫ penaꝫ. vn̄ deutero. 27. Pro menſura peccati erit plagarum modus. Quia peccatum mortale eſt maxima culpa in qua offendit maieſtas infinita: ideo pro principali pena inſtituta eſt ei contritio: que eſt maxima pena: qꝛ includit triſtitiam contritionis: que dicit̄ pena penaꝝ. Q̄ aūt contritio ſit pena penaꝝ patet quia ſi felicitas padiſi poſſet eē cū diſplicentia ꝛ triſtitia nō eſſet gloria: cū nullū violentū: aut diſplicens delectare poſſit. Et ideo triſtitia eſt maxima pena: que tāto felicitatē abſorbere poteſt q̄ non potuit abſorbere maxima xpi pena. Et iō decuit tali pena inflicta peccatori vt deus fieret ei placatus. Pſal. Cor ꝯtritū ꝛ humiliatum deus nō deſpicies. Unde vt huius ꝯtritionis acceptatio pateret: venit vox de celo dicēs. Clarificaui ꝛ iteꝝ clarificabo: q̄ſi dicenſ eam accepto hic ad grāꝫ: ꝛ in futuro ad gloriā. ¶ Tertia ꝯcluſio eſt: q̄ lꝫ paſſio penitentialis ad quam nos xp̄s ſua paſſione inuitat ſit multum vtilis nobis: tum qꝛ ꝑ ipſaꝫ eterna pena totaliter dimittit̄: pena purgatorij diminuit̄: gratia dei augetur: gloria eterna accumulatur. Eſt tamen in terroreꝫ eis ꝛ abhominationē ꝑſtita. qui felicitateꝫ ſuam inordinatis delectationibꝰ corporis ponunt: ꝛ hoc ꝑpter cordis induratio nem: cōſuetudinis firmationem ꝛ propter bellum inteſtinum interrogationē ꝛ ſenſualitateꝫ: ꝛ propter innocentie falſam eſtimationeꝫ Ihere. 2. dixiſti Innocens abſqꝫ peccato ſum: propterea in iudicio ꝯtendam tecum. Et qꝛ in iudicio tales oſtenduntur abhominabiles: qꝛ nunc reſpuunt pnie acrimoniam: ideo dicit. Turba ſcilicet carnalium voluptatum. Que ſtabat. ſ. obſtinata. Et audierat: aure. ſ. terrene affectionis. Dicebat tonitruū eē: formidātes amittere carnalem delectationem. Pſalmi. A voce tonitrus tui formidabunt aque.

Septima ꝯſideratio.

Circa ſeptimā ꝯſideratioeꝫ: q̄ eſt de ꝑncipis mundi eiectiōe: qd̄ ꝓbat iudicij aductio: cū dicitur. Nūc iudiciuꝫ eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijciet

foras. vbi ſunt tres concluſiones.
¶ Prima ɔ̃cl'o eſt: ꝙ per ſolum pctm̃ hō ſbie
ctus eſt diabolo. Nam ſicut aia ſancta tēplum
dei eſt: ita aia immunda phanum eſt diaboli:
q2 inhabitat ipm̃. Non tñ per eſſentiam ſicut
deus: q ſolus eſſential'r eſt in omni re. Diabo
lus aūt oio eſt ita. Sʒ ſicut deus inhabitat ani
mam per gratiā: ita diabolus aiam imundam
per malitiam. Sic intelligitur illud Iohis. 13
Cum diabolus iam miſiſſet in corde: vt trade/
ret eum iudas ſymonis ſcarioth. Et ideo pro/
prie dicitur haberi a demonio: cuius eſt poſſeſ
ſio: cuius ptāti ſe tradidit. Et ideo bene etiam
pctōres dicuntur demoniaci arreptitij: quia a
diabolo rapiuntur. vnde ſicut boni ducuntur
ſpiritu ſancto: ita mali diabolica perſuaſione.
¶ Et nota ꝙ duplex eſt demoniū. Unuʒ agi
tans mentem: vt ſpiritus inuidie ⁊ ſuperbie.
Aliud agitans carnem. ſ. fomes: q dicitur ſa
thane. Scd'a ad corinthios ſecundo.
¶ Scd'a ɔ̃cl'o eſt: ꝙ per paſſionē ɔ̃ſeqmur du
plicem vtilitatem. ſ. cyrographi deletionem: ⁊
a diaboli ſubiectione liberationeʒ. ¶ Primū
patet. Nam q2 diabolus miſit manum in illuʒ
in quo ius non hēbat: amittere debuit eos:
quos iuſte poſſidebat. vnde ratio ſoluitur leti/
fere poſſeſſionis male pſuaſa ⁊ conſcripta per
iniuſtitiam plus petendi. Et ideo totus debi/
ti ſumma euacuatur. vnde Augu. dicit. Cul/
paruʒ cyrographi deleti ſunt: quibus diabolo
tenebamur. Et dicit̃ cyrographus culpe ⁊ de
creti: q2 talis obligatio ſurgit ex noſtra culpa:
tanq̄ʒ ex merito: ⁊ ex diuina ſententia: tanquaʒ
ex decreto. Hanc obligationem chriſtus de
leuit per paſſionē. Et h̄ eſt qd' dicitur. Nunc
iudicium eſt mundi. ſ. diſcretionis: ⁊ non con
demnationis: quaſi dicat. Nunc iminet tem/
pus paſſionis mee. In cuius virtute multi ſal
uabuntur: ⁊ renuentes damnabuntur. Et ſic
diſcernentur boni a malis. ¶ Secunduʒ pʒ.
Nam ante paſſionem diabolus habuit dupli
cem manum: videlicet attrahentem ⁊ impellē/
tem. Attrahens erat poteſtas trahendi ad lim/
bum: etiam iuſtos ⁊ ſanctos: Manus impel/
lens erat poteſtas precipitandi in malum: vl' p
fallaciam: vel per violentiā. He ptātes ſunt ei
ablate per paſſionem: quā abhorret ſuper oia:
cuius poteſtate ab eius ſubiectione ſumus libe
rati. Et ideo dicit Criſo⁹. ꝙ diabolus ſuſtinet
vindictam eoꝝ: que fecit in nos: per ea que fe
cit in xp̄m. Nos eramus debitores pene: xp̄s
autem non. Et ideo vindicatuʒ eſt in diabolo
qui xp̄m expectabat: cum nō eſſet debitor pene
Et hoc eſt quod dicit. Et princeps mundi hu
ius eijcietur foras. ſ. de cordibus hominum.
Et introducetur notitia beneficiorum xp̄i. vñ
augu. Non eſt eiectus diabolus quin tēptet:
ſed eſt eiectus ne regnet. Quādiu auteʒ homi
nes ſunt in peccato: regnat ab iterior. Expul
ſo autem peccato ⁊ ſi diabolus tēptat exterius
non tñ regnat interius. Dicit̃ etiā pnceps mū
di. i. maloꝝ homiuʒ: q ſunt in mundo. Non aūt
eoꝝ: q lʒ corpore ſint in mūdo: ɔuerſatione tñ
ſunt in celis. Hec aūt eiectio fit per paſſionem
ideo dicit. Si exaltatus fuero a terra ⁊c. q. d.
Illi q tenent̃ a pncipe: p ſe nequeūt euadē: niſi
Vtute paſſiōis trahāt̃. H aūt dicebat ſignās ⁊c.
¶ Tertia ɔ̃cl'o eſt: ꝙ iudei virtutem paſſio/
nis ignorabāt duplici cecitate pcuſſi. ¶ Pri
ma eſt error circa diuinititatem quam in xp̄o
negabant ꝓpter mortem. vnde dicit̃ hic. Re
ſpondit ei turba nos audiuimus ex lege ⁊c.
¶ Secundus error circa humanitatem eius
quam eternam dicebant. vnde dicit̃. Quis ē
iſte filius hominis? Et ideo ihs reprehendēs
eoꝝ cecitatem dixit eis. Adhuc modicū lumē
in vobis eſt. Ex q̊ patet q2 turbe ex lumine ſciē
tie ſue nō intellexerūt legē. d. Nos audiui. ex
lege ⁊c. Dan. 7. Poteſtas eius poteſtas eter
na. Hoc ſolum nō dixit: ſed etiam dixit ꝙ de
beret mori. Iſai. 73. Tanq̄ʒ ouis ad occiſio/
nem du. In eis igit̃ modicū ſcripture erat: q2
ex ſcriptura debebant intelligē ꝙ imortalitati
xp̄i nō derogabat mors eius: q2 ſm humanita
tem mortuus eſt: ſm diuinitatem manēs in eter
num. Ergo ⁊c.

Octaua ɔ̃ſideratio.

Circa octauam cōſiderationem: q̄ eſt
de xp̄i exhortatiua p̄monitione: qd'
probat iterari lapſus precluſio: cum
dicit̃. Ambulate. vbi occurrūt tres ɔcl'ones.
¶ Prima ɔcl'o eſt: ꝙ fides integra ⁊ nō ficta
eſt maxime neceſſaria ad noſtram glorificatio
nem. Nam in ipſa ſine intermiſſione debem⁹
ambulare: q2 ipa eſt lux tenebras infidelitatis
expellenſ. Et ideo bene dicitur ſtella matutina
ſolem iuſtitie ⁊ intelligentie preueniens. Naʒ
per eam oritur dies gratie. Cum igitur xp̄s
habitet per fidem in cordibus noſtris: quo ha
bito habetur omne bonum: q2 ipſa fides vide
tur eſſe radix oīm bonoꝝ: ⁊ ceteraꝝ virtutū
vnde ſi hec radix euellatur: cetere virtutes are
ſcunt. vnde Grego. Sicut rami ſine radicis

virtute nō creſcunt: ſic quelibet opa lꝫ videant̄
bona: nulla ſunt: ſi a fidei ſoliditate diſiūgunt̄
Qui enim ſine fide eſt: omni bono vacu9 eſt:
vnde xp̄s dicit. Ambulate dum luceꝫ habetis
vt tenebre vos nō ꝯprehendant. Quaſi. d. mo
dicum lumē fidei in vobis eſt: dum ſcilicet pa/
rum intelligitis de xp̄o .ſ. ꝙ manet in eternuꝫ
Ergo dum luceꝫ habetis ambulate in ea . Et
in ea ꝓficite vt totum xp̄m intelligatis. , vt. ſ. ⁊
non ſolum in eternū ſecundū diuinitatem: ſꝫ
etiam morituruꝫ: ſcd̄m humanitateꝫ ⁊ reſurre
cturū. Vos tenebre. ſ. ignorantie in preſenti: ⁊
tenebre gehenne in futuro non cōprehendant
¶ Scd̄a ꝯcl'o eſt: ꝙ illi qui ſpreto lumīe fidei
ambulant in obſcuro ignorantie ꝑ lubricū car/
nalis concupiſcentie: neſcienter ambulant ī te/
nebras exteriores eterne dānationis. vn̄ Glo
ſa ſup illud ꝓuerꝫ. 2. Qui relinquunt iter rectū
⁊ ambulant per vias tenebroſas dicit ꝙ neſci/
unt quo eant. Si eniꝫ ad quas tendunt penas
aſpicerent greſſus cohiberent. ⁊ noxiaꝫ letitiaꝫ
ſalubri fletu caſtigarent: ⁊ ideo dicit Ber. Il/
luminemus nos lumine fidei priuſqꝫ de hu9
mundi tenebris exeamus ne de tenebris tran/
ſeamus ad tenebras ſempiternas. vnde dicit.
Qui ambulat in tenebris . Quia ſine luce pi/
culoſum eſt iter: neſcit quo vadat: non preui-
dens penam: quaꝫ meretur operibus tenebra
rum. Et ideo dum lucem habetis. ſ. de eterni/
tate. Credite in lucem: id eſt per fidem creden
do ꝑficite. Vt filij lucis ſitis. ſ. ſucceſſione he/
reditaria. vnde Aug. Nemo ſine fide pōt ad
filiorum dei numerum pertinere .

¶ Tertia ꝯcl'o eſt: ꝙ ih̄s volens roborare fi-
dem noſtram: quo ad illos articulos: qui ſunt
de chriſti humanitate: in qbus etiā apl'i tp̄e paſ
ſionis trepidabant. Abſcondit ſe ab eis ⁊ abijt
per hoc volens oſtendere ꝙ omnia: que in eo
erant: tam infirmitatis: qꝫ maieſtatis: nobis ꝓ
ficiebant ad ſalutem . vnde Bernar. Totum
nobis valuit de chriſto: totum ſalutiferum: to
tumqꝫ neceſſarium fuit: nec minus profuit in/
firmitas: qꝫ maieſtas . quia ⁊ ſi ex diuinitatis
potentia iugum peccati iubendo ſubmouerit:
ex carnis tamen infirmitate mortis curam mo
riendo concuſſit. Abijt ergo: docens nos vita
re malorum conſortia . Et abſcondit ſe: vt in/
firmus: patefaciens meritū paſſionis. Ad qd̓
meritum nos perducat ipſe ih̄s . Amen.

¶ Dominica in ramis palmaꝝ. Ser. 79.

Um appro
c pinquaſſet ih̄s ieroſoly.
Matt. 21. Qꝛ p̄deſtinatio
eſt alicuius ad gl'iam p̄pa/
racio: ſiue ordinatio. Et h̄
ſicut antecedens ad conſe/
quens . Et ideo ſub p̄deſtinatione non ſolum
cadit gl'ia: ſed illd̓ etiā quod ſeqtur. Sicut an/
tecedens ⁊ ꝯſequens: q̄ ſunt merita: vel qbus
meret̄: ſicut eſt vnio humane nāe ad ſuppoſitū
verbi in xp̄o: vt eſſet in remedium nāe lapſe.
Ex quo elicitur ꝙ in tali p̄deſtinatione fuit ali
qualis ordo: qꝛ volens ordinare p̄mo vult fi/
nem: ⁊ poſtea q̄ ſunt ad finem: ſed in executio
ne eſt ꝯ°. Sed qꝛ deus eſt ordinate volens .
¶ Primo p̄deſtinauit xp̄m ad tantam gl'iam
merēte dei vnione: poſtea voluit ꝙ talis vnio
eſſet in remedium nāe lapſe . ¶ Igitur primo
deus vult electis gl'iam. ¶ Scd̓o vult eis me
rita: per que mereantur talem gl'iam. Tale au
tem meritum ꝯſiſtit in paſſione xp̄i: qꝛ omnis
xp̄i actio ⁊ paſſio: tam intrinſeca qꝫ extrinſeca:
⁊ precipue paſſio eius fuit ſufficienter merito/
ria pro oībus. Et hoc: qꝛ deo erat acceptiſſima
Et hoc ꝓpter ꝯditioneꝫ ꝑſone: que meruit: qꝛ
nō fuit purus hō: ſed etiam fuit deus. Et ideo
intantum ſuperabundauit merituꝫ xp̄i: ꝙ etiā
vna gutta ſanguinis ſui ſacri corporis ſuffecíſ
ſet. Sꝫ qꝛ deus p̄uidit non ſolum paſſionem
ſed etiam modum: locuꝫ: ⁊ tempus: ⁊ inſtru-
mētuꝫ: ideo in euangelio preſenti circa paſſio-
nem occurrunt ſeptem conſideranda .

Primum p̄ncipale.

Irca p̄mū pricipale vbi ꝓponit̄ nob̄
c p̄deſtinātis excellentia: cuꝫ dicitur .
Cum appropinqſſet. ſunt. 3. ꝯ°nes.
¶ Prima ꝯcl'o eſt: ꝙ per ſolum peccatū elon
gamur a deo: ſm̄ illud pſal. Longe a peccato
ribus ſalus. Et lꝫ deus ſemp ſit p̄ſens anime
per eſſentiam: vt actiuum. 7°. dicitur. Tamen
non eſt per gratiam: ſed ſm̄ quantitatem culpe
longe abeſt. Marci. 8. Quidā ex eis delonge
venerūt. Non eſt aūt in p̄tāte hoīs peccatoris
ꝙ appropinquet deo: ſed tantum conari ꝙ ap/
propinquet deo. Ad Romanos. 6. Velle mi-
hi adiacet: ſed appropinquare eſt de miſericor-
dia dei. Ad Ro. 9. Nō eſt volentis neqꝫ ⁊c.
Econtra non eſt in deo ſe elongare ab anima:

q2 ſemꝑ preſens eſt per eſſentiã. Quantum in ſe eſt: nunꝙ deeſt ꝑ gratiã: ſꝫ dei ꝓpriuꝫ eſt appropinquare ad aiam: q2 ꝑ h̄ facit eã appropinquare ſibi. Ideo dicit̃ ꝑma Jobis. 2. In h̄ eſt caritas dei ꝛc. vnde dicit̃ appropiquare iheroſolymis. ſ. aie peccãti pergratiaꝫ ꝑueniendo.

¶ Scḋa ꝯclõ eſt: q2 talis appropinquatio fit ꝑ meritum paſſionis xp̄i: ideo dominus ꝛ redemptoꝛ noſter iminente tp̄e paſſionis ſue: vt paſſionẽ ſuaꝫ oſtenderet voluntariã: ad locum aſcendit: in quo erat paſſurus: ꝛ ſe preſentem exhibuit. vnde ꝛ tp̄s: ꝛ locus: ꝛ genus mortis non ſm euentuꝫ caſualẽ: ſed ſm ipſius ꝓuiſionem fuerunt. Preuidit enim vbi: ꝛ quando: ꝛ quõ: ꝛ quo genere mortis moriturus eſſet.

¶ Tertia ꝯ° eſt: q volentes eẽ pticipes meriti paſſiõis xp̄i: neceſſarie ſunt eis tres ꝟtutes. ſ. ꝯfeſſionis puritas: obie humilitas: ꝛ mie ſblimitas. Debem⁹. n. ꝑ ꝯfeſſionem pctã nr̃a pure detegere: ꝓceptis ſuperioꝝ humilr obedire: alioꝝ neceſſitatibus ꝯpati: ꝛ miſicoꝛditer ſbuenire. Cõfeſſioneꝫ debes tibi ipi: vt q peccãdo te ingnaſti: ꝑ ꝯfeſſionẽ te mundes. Obiaꝫ debes ſupiori tuo: vt ei obedias. De ipis. n. q ꝓ nob vigilat: ꝛ miaꝫ ðbes ꝓximis tuis: vt eorum neceſſitatibus iuxta vires tuas ſuccuras. Thob. 4. Si multuꝫ tibi fuerit: abundanter tribue ꝛc. ¶ Primã ꝟtutem. ſ. ꝯfeſſioneꝫ deſignauit bethphage: qḋ interpretat̃ dom⁹ oris vnde dicit̃ in glo. q erat viculus ſacerdotum: quoꝝ offm̃ eſt recipe ꝯfeſſionem. Matth. 16. Quodcunqꝫ ligaue. ꝛc. ¶ Scḋaꝫ virtuteꝫ deſignat bethania: q̄ domus obie interpretatur. vnde in cathalago petõꝝ ponit apl's parentibus nõ obedientes. Qḋ non ſolum intelligit̃ de parentibus carnalibus: ſed etiaꝫ ſp̄ualibus qbus obediendũ eſt in ꝓceptis ꝛ in cunctis penitentijs: q2 inobedientes nõ ipſis: ſed deo cõtradicunt. ¶ Tertiam virtutẽ deſignat mons oliueti. In h̄ notat̃ q mĩa eſt virtus excellens Per monteꝫ. n. eminentia: ſicut per oliuetuꝫ mĩa intelligitur. Ideo aũt hec virtus excellit: quia in ipſa maxime imitatur deus. vnde Luce ſexto. Eſtote miſericoꝛdes.

Scḋm ꝓncipale.

Irca ſcḋm vbi ꝓponitur nob ſufficientia patientis: cum dicit̃. Tun miſit ꝛc. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯ° eſt: q in hac vita ſolum eſt licitũ meritoꝛie opari: q2 nunc ſolum eſt tp̄us mie: poſtmodũ eqtatis. vnde Iſi. Tm̃ in hac vita licituꝫ eſt opari bonũ. Illic nancꝫ opatio non expectat̃: ſed retributio meritoꝝ. vnde dicit̃. Tũc. q. d. q hoc preſens meritoꝛium ante tempus paſſionis erat ei prenunciatum.

¶ Secunda concluſio eſt: q per paſſionẽ xp̄i venit nobis tẽpus reconciliationis in quo prõptiſſimus ad gratiã conferendã fuit. Nã hoie facto inimico diſpoſuit tota trinitas illi nõ recõciliari niſi per aliqḋ obſequiũ alicui⁹ ꝑſone magis dilecte: qꝫ fuerit tota offenſa diſplicẽs. Talem autẽ ꝑſonam non habuit natura humana: q2 fuit tota inimica. Ideo placuit naturam humanam vocare ad amicitiã ꝑ obſequm mortis xp̄i. ſ. ꝑſone magis dilecte. vnde aplus. Cum inimici eẽmus: recõciliati ſumus ꝑ moꝛtẽ filij eius. vñ dicit. Miſit. q. d. q deus pater miſit filium ſuum reconciliatoꝛẽ. vnde ſufficientiam merentis oſtendit Damaſ. di. Caro xp̄i ꝛ aia erat quaſi inſtrumentum deitatis. Et quia inſtrumẽtum agit vi ꝓncipalis agẽtis: iõ dicit q ea q̄ hois ſunt: ſup hoieꝫ agebat. vñ actio xp̄i q̄uis fuit humana: potens tñ agebat in ꝟtute dina. Et iõ potens ſup totaꝫ nãm. Et q2 oẽs hoies ſunt vnus hõ in nã cõi: ideo xp̄i meritũ ad oẽs ꝛ etiam ad ſingulos ſe extendebat.

¶ Tertia ꝯ° eſt: q lꝫ meritum ſit efficaciter a paſſione xp̄i: nihilominus tamen fit etiam ſalteꝫ diſpoſitiue per virtuoſas opationes. Ideo debitores ſumus virtutum meritoꝝ ac ꝑfectionum: q2 ad hec cumulanda tp̄s vite accepim⁹. Et ideo egreſſa anima ꝯſumata vita coꝛporali petetur ab ea que ſint eius ꝑfectiones: que merita ꝛ demerita. Luce. 16. Redde rõnem villicationis tue. vnde dicit. Duos diſcipulos: id eſt omnes virtutes diſpoſitiue merentes. Et miſit: q2 nobis non ſunt innata: ſed a deo donata. ¶ Et nota q omnes virtutes dicuntur duo diſcipuli: q2 in caꝝ actione dꝫ eſſe gemina dilectio. ſ. dei ꝛ ꝓximi. Et in opatione dꝫ eſſe duplex mundicia. ſ. mentis ꝛ coꝛpoꝛis. Et in docente dꝫ eſſe veritas duplex. ſ. doctrine ꝛ vite. Et ideo etiam additur. Ait illis. ſ. doctrina vera ꝛ vita.

Tertium ꝓncipale.

Irca tertium vbi ꝓponitur nobis illorum pro quibus paſſus eſt indigẽtia: cum dicit̃. Ite in caſtelluꝫ qḋ ꝛc. vbi ſunt octo concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: q caſtrum realiter dicitur locus munitus vel preſidium: quo inimicis reſiſtitur: ꝛ hoſtes impugnantur.

℄ Scd'a cõcluſio ē q̃ triplex eſt impugnatio ſcʒ q̃d tria ſunt caſtra. Etenim p̃mū caſtr̃ chriſti quo ĩpugnat̃ diabolus. ſ. ſctã eccl'ia vel religio. Aliud ē caſtr̃ diaboli q̃ impugnatur xp̃s. Et h̃ ē mundus ⁊ eius amatores: qui diuinis preceptis contradicunt. ℄ Tertium caſtr̃ eſt peccatrix aĩa que ſpiritualibus virtutibus: et pn̄tētie diſciplinis contraria eſt. Talis enim anima turrim hʒ elationis: ⁊ murū obſtinationis ⁊ preeminentia ſuperbie erectam.

℄ Tertia cõcl'o eſt: q̃ hanc aĩam peccatricem: que ſic repugnant diuinis iuſſionibus: nõ ceſſant impugnare predicatores ⁊ doctores machinis doctrinarũ. Unde nõ obſtante turri ſuperbie: ac pertinacitatis muro: fit tandem ruinoſa: dummodo machine fidei: penetrando feriat medulitus corda iaculis veritatis. vnde dicit. Jte in caſtellum. Jnquãtū ergo docent cõtemptum tp̃alium ⁊ amorem eternorum: quid aliud agunt: q̃ȝ q̃ eunt in illud: q̃d eſt cõtra eos caſtellum? Et carnalia deſideria reprimere: quid eſt aliud q̃ȝ in caſtellum ire?

℄ Quarta cõcluſio eſt: q̃ in hoc caſtro ē cõtrouerſia: noſtre ſaluti multũ cõtraria. Naȝ concupiſcentia carnis: que continue cauſat peccatum ſpiritui repugnat: ⁊ hoc ex contradictione affectuum vtriuſq̃ȝ. Q̃d dionyſius pulchre declarat in libro differentiarum. d. Concupiſcentia carnis eſt motus anime turpis affectu ſordide delectationis. Cõcupiſcētia vero ſpiritus ē ardens intentio mentis in deſiderio ſancte virtutis. Jſta ſibi cõſentientes mittit ad regnū: illa ad ſuppliciū ſempiternũ. Jlla ex pctō eſt dãnatiõe diſcedēs: iſta eſt lex mentis de munere redemptoris deſcēdens. Hec aũt ſibi inuicem p̃ effectum virtutū vitiorũq̃ȝ quottidiana colluctatione taliter aduerſantur. Naȝ cõcupiſcentia carnis primum illecebras vitiorum gignit: in cogitationibus. Concupiſcentia vero ſpũs ecõtra cogitationes ſanctas indeſinenter opponit Jlla fabulis vanis oblectat̃ ⁊ verbis: iſta ſcripturarum meditationibus atq̃ȝ preceptis. Jlla gaudet ſpectaculis rerum terreſtriū: iſta conteplatione celeſtiū gaudiorũ: iſta terrena gaudia querit: illa gemit⁹ ⁊ ſuſpiria trahit. iſta torpore atq̃ȝ ſomni pigritia corpus relaxat: illa vigilijs ⁊ orationibus laborat. Hinc eſt q̃ concupiſcentia carnis: vſq̃ȝ in huius vite terminũ inimicari non ceſſat. Unde bene dicit̃. Quod contra vos ē. ſ. vobis oppoſito. Et hoc ideo dr̃: quia preuidebat dominus cõdictioneȝ futuraȝ. pſalmiſta. Uidi contradictioneȝ in ciuitate. vnde contra vos diſſimili conuerſatiõe mētis obſtinatione: ⁊ oris obiurgatione.

℄ Quinta concluſio eſt: q̃ ad ſedandũ huius mentis diſturbium neceſſe ſunt due virtutes: ſcilicet humilis ſimplicitas que per aſinaȝ deſignatur. Et agilis libertas: que p̃ pullum deſignatur. ℄ Primum pʒ de humilitate. Nam ipſa reparat caritatem. Ber. Sola virtus humilitatis leſe ē reparatio caritatis. ℄ Scd'o pʒ de libertate. Nã ſm̃ Bernar. Gratie operãti ſalutē. Coopari dr̃ voluntas libertate: vt dum libere conſentit: placide ſe obtēperans deo: ſiue iubenti acquieſcendo: ſiue pellicē credendo ſiue reddenti gratias agendo. vnde dicit. Et ſtatim inuenietis aſinã alligatã ⁊ pullum cum ea. Humilis ſimplicitas ē aſina que iugo ſupponitur. Et dñs ad manſuetudinem inuitans dicit. Mat. 2. Tollite iugũ meũ ſuper vos ⁊c. Et ſtatim quid ſit iugum tollere ſubinfert dic. Diſcite a me. Et agilis libertas eſt pullus: qui adhuc ſua libertate paſcitur. Johes. Si filius vos liberauit: tunc vero liberi eritis.

℄ Sexta cõcl'o eſt: q̃ he due virtutes alligate inueniuntur in caſtello intellectus. Sic q̃ nequaquam exercentur ad fructũ meriti: ⁊ hoc duobus vinculis que ſunt pudor ⁊ timor. Nã prauus pudor impedit ſimplicitatem: ne veram in ſe humilitatē oſtēdere audeat. Et prau⁹ timor impedit libertatem: ne ſuaȝ puritatē exercere p̃ſumat. ℄ Primum pʒ de pudore. Uera nãq̃ȝ humilitas oſtenditur in cõfeſſione quaȝ fruſtrat verecundie pudor. Nam ignominioſa pudet in cõfeſſione recolere: ſed magis pudet dicere: q̃d tñ non puduit facere. Et ideo neceſſe eſt ſcʒ Ambro. vt lachrymis lauet q̃d pudor eſt confiteri. ℄ Scd'm pʒ de timore: q̃r timor mundanus qui ſemp̃ eſt primus: qui fuit cauſa pſecutionis xp̃i in herode ⁊ in iudeis: q̃r fecit eos recedere e via iuſtitie ⁊ veritatis. Jlle. n. amor mundanus proprie dr̃: a quo timor mundan⁹ naſcitur. Jllud. n. homo timet amittere: quod amat. Et ideo timor mundanus dr̃ malus: q̃r ab amore mundano tanq̃ȝ a mala radice procedit: q̃n homo propter mala que timet recedit a deo. vñ dr̃: q̃ in caſtello alligata inueniuntur.

℄ Septima cõcluſio eſt: q̃ he due virtutes ſic ligate q̃ non proferunt fructum ſoluũtur: ⁊ ad ieſum ducuntur. ſ. p̃ amorem ordinatum ⁊ timorem. Amor. n. ordinatus prauum expellit pudorem: vt preualeat ſimplicitas ⁊ ſic ſoluit

aſina. Timor ordinatus elimínat prauuz timorem: vt vigeat libertas: ⁊ ſic ſoluitur pullus. Amor quidē ordinatus eſt: vt cū quiſ ita amat veritatem ꝙ odio hꝫ vanitatez. Timor ordinatus eſt: vt cum quiſita timet id quod eſt penale quod tñ non timet proſequi quod eſt culpabile ⁊ ſic ſoluuntur aſina ⁊ pullus. ſ. qñ amor ordinatus a prauo pudore ſimplicitatem liberat ⁊ timor bonus a prauo pudore liberat libertatem Et qꝛ non ſufficit ꝙ hec ſoluantur niſi ad ieſuz ducantur ſoluta: quod fit quando he virtutes due: ita intentiōe pura exerceantur: vt ꝯſequant̄ ſalutis fructum: quod nō faciunt ypocrite querentes terrenū ꝯmodum ⁊ humanum fauorez de quo Matt. 6. Amen dico vobis receperūt mercedem ſuam.

¶ Octaua ꝯcluſio eſt: ꝙ fatuus cogitatus eſt q hijs contradicit tumens elatione ⁊ pertinax obſtinatione. Timor. n. amori diuino obſiſtit ne liberet ſimplicitatem. Timor. n. diuinum ipedit timorez ne liberet vigorez libertatis. Et iō dicit. Si quis vobis aliqd dixerit ⁊c. Sed qꝛ dat ſpūale dñium perfectionis pertingere non poteſt qui hoc non exercet. vnde dicitur. Dñs hijs opus habet. q. d. Ex ſpūali dñio duo neceſſaria ſunt. ſ. poteſtas ⁊ audacia. Poteſtas: vt teipſum ⁊ ſubditos illicita comittētes humiliter iudicare queas. Audacia: vt alios praue agentes: pro re ⁊ tempore ⁊ pro pſona: ⁊ loco: zelo iuſtitie redarguere valeas. Alias dominium te nō habere cognoſcas.

Quartum ꝑncipale.

c Irca quartum ꝑncipale: vbi ꝓponit̄ nobis ſcripture ſancte implete ꝯgruētia. vnde dicit̄. Hoc aūt totum factuz eſt ⁊c. vbi ſunt due concluſiones.

¶ Prima ꝯclō eſt ꝙ lꝫ diuina veritas: per ſe non indigeat ꝯfirmatione facta ꝑ teſtimoniuz: qꝛ in ſe firmiſſima eſt: tñ ꝓpter dubium intellectus creati indiguit teſtimonio ꝯfirmante. Et ideo dicit Leo papa in ſmone. Ne infirmitatis noſtre ꝑturbemur anguſtijs euāgelice nos ꝓphetie adiuuent voces: quibus ita accendimur ⁊ docemur: vt nobis natiuitatē dñi ⁊ paſſionem: ⁊ oīa eius opera: tam ꝑterita ꝙ̃ ꝑñtia videamur inſpicere. vñ dicit. Hoc totū factuz eſt vt ipleretur qd̄ dictum eſt ꝑ prophetaz.

¶ Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ doctrina xp̄i hꝫ veritatez vel teſtimoniuz a diuinis perſonis: a viris electis: a ſcripturis ſanctis: ⁊ ab opibus miraculoſis. Iohis. 4. O pa que ego facio teſtimoniū perhibent de me: opa. n. que xp̄s fecit tam per ſe ꝙ̃ per electos excedebant facultatez nature ſibi relicte perhibebant vex chriſti teſtimonium cum teſtimonia ſcripture aduerſarioꝝ maiorez habeant efficaciaz. vnde adducit ꝓphetiaz Zacharie nono. Dicite filie ſyon ⁊c. Qui erat propheta aduerſariorum chriſti: ſcilicet iudeorum Pſal. Teſtimonia tua credibilia ⁊c.

Alie conſiderationes.

c Irca alias ꝯſiderationes que tāgunt initiū paſſionis xp̄i eſt notandū ꝙ lꝫ hodie xp̄s honorifice a iudeis ſit receptus: tñ eodez die machinabant̄ in eius mortē Hic eſt ꝙ hodie legitur duplex euangelium. Vnum in ꝓceſſione: in quo recitatur quomodo hodie fuerit honoratus. Alterū in miſſa in quo narratur qño fuerit feria ſexta tractatꝰ. In hoc. n. inſinuat nobis dolorem ⁊ ignominiam fructum eſſe glorie tēporalis ad hoc etiaz poſt tātaz gloriam voluit tam ignominioſe tractari: vt in eo impleretur illud qd̄ ſcribitur ꝑ machabeoꝝ: Scdꝫ eius gloriā multiplicata eſt ignominia eius. Tanguntur autem ſeptē in qbus dñs ē hodie honoratus. Et iſtis etiam ſeptem modis poteſt dñs ſpūaliter honorari ⁊ exhonorari. ¶ Primo ergo honorauerunt eum diſcipuli ꝑcepto eius humiliter obediendo. Vnde in euāgelio. Euntes autez diſcipuli fecerūt ⁊c. Iſto modo honorat̄ deus ſpiritualiter ꝙ̃do ei in mandatis eius obedit hūmilr. Ecōuerſo autem inhonoratus eſt ab eiſdem diſcipulis feria ſexta: qñ omnes relicto eo fugierūt: vnde ſi tūc vellet aliquid ꝑcipere non haberet cui precipere. Iſto modo exhonoratur deus ſpiritualiter qñ homo ab eius obedientia fugit: ⁊ precepta eius contēnit. Unde ad Roma. 2. Qui in lege gloriaris ꝯfitendo te eſſe xp̄ianum: per preuaricationem legis deum inhonoras.

¶ Scd̄o honorauerunt eū turbe ei obuiā ꝓcedendo. vnde. Ioh. 12. dicitur ꝙ proceſſerūt ei obuiā: hoc modo honoratur deus ſpritualr̄: ꝑ veram cordis contritionē. Vnde cordis contritio dicit̄ quaſi contraitio: ⁊ in cōtraitione: ſeu contritione mutat ſtatum ſuum peccator: ⁊ ita quaſi mutat locum ſuuz: ꝓcedendo de loco vitij: in quo erat ad locū virtutis: in quo nō erat ⁊ ſicut vadit obuiam xp̄o: vt Magdalena ad ſuſcitandum lazarum. i. ſpiritum peccato mortuū. Ioh. 10. ¶ Sꝫ nota ꝙ multi credūt obuiam chriſto ire in. xl. ſcilicet per ieiunia: ⁊ huiuſmodi qui tamen in hoc ipſuz non honorāt: ſed

magis inhonoꝛant: quia non cum debito modo: nec debito apparatu vadunt obuiam ei: qꝛ ſine contritione: ⁊ defectuū conſideratione: ⁊ lachꝛymatione: ⁊ eternoꝛum deſiderio nō dant gloꝛiam deo. Econuerſo autem feria ſexta inhonoꝛauerunt ipſum: ſcilicet de ciuitate turpiter eijciendo. Johis decimonono. Baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locus. Sic ſpiritualiter multi obuiātes chꝛiſto in quadrageſima: et recipientes euꝫ in die paſche: poſtea per peccatum turpiter eijciunt ipſum quod eſt magna pꝛoditio. ¶ Tertio honoꝛauerunt eum veſtimenta ſua in via ſternendo. Unde in euangelio. Plurima autem turba ſtrauerūt veſtimenta ⁊c. Per iſta veſtimenta intelliguntur bōa tempoꝛalia. vnde Gregoꝛius. Quid aliud ſunt tempoꝛalia: q̄ȝ quedam coꝛpoꝛis indumenta. Hec enim veſtimenta debent ſterni in via: id eſt erogari pauperibus. Qui dicuntur via: quia ſunt conculcati in mundo. Amos ſeptimo. Qui conterunt ſuper puluerem terre capita pauperum. Quando autem hec veſtimenta in via ſternuntur: tunc deus ſpiritualiter honoꝛatur. Matth. vigeſimo ſeptimo. Quod vni ex minimis meis feciſtis ⁊c. Econuerſo autem inhonoꝛauerunt eum iudei feria ſexta ipſum veſtibus pꝛoprijs ſpoliando. Sic etiam inhonoꝛant dominuꝫ qui pauperes ſpoliant ſcilicet vſurarij ⁊ raptoꝛes. De quibus Job. 24°. Nudos faciunt homines ⁊ cetera. Sic vſurarij qui vendunt pauperi tempus qđ ſuum eſt: vel etiam pauperes contemnendo. Tales exꝓbant factoꝛi ſuo: ſicut quando deſpicit opus: fit dedecus factoꝛi ſeu opario. Sed qui tantum ipſum appꝛeciantur: ꝙ dent ei aliquid ipſum honoꝛant. vnde ſequitur. Honoꝛat deum qui miniſtrat pauperi. Similiꝛ ipſuꝫ inhonoꝛant qui auferunt a pꝛoximo veſtimenta bone fame: ſicut detractoꝛes. ¶ Quarto honoꝛauerunt eum ramis ⁊ virgis viam decoꝛādo. vnde in euangelio. Alij autem cedebant ramos de arboꝛibus ⁊ ſternebant ⁊c. Sic ⁊ nos debemus ei obuiare habentes virgaꝫ diſcipline in manibus: noſipſos per penitentiaꝫ ſcilicet diſciplinando. Hoc autem modo honoꝛatur deus ſpiritualiter ſicut regi terreno ē honoꝛ habere bonam iuſtitiaꝫ: ſic regi celeſti honoꝛem facit qui bene ſe iuſtificat per penitentiā. Econuerſo auteꝫ ipſum inhonoꝛauerunt feria ſexta ipſuꝫ virgis verberando. Sic ſpūaliter multi poſt paſcha inhonoꝛāt deum: affligendo eum ſcilicet quantuꝫ in ſe eſt. de ipſa penitentia quaꝫ fecerant in quadrageſima recedendo. Et bene affligunt: qꝛ cum in quadrageſima ꝓpꝛia coꝛpoꝛa afflixerūt: poſt paſcha inuoluūt ſe delicijs: tales virgam diſcipline ꝓijciunt: ſed virga ꝓiecta vertitur in colubꝛuꝫ. Exodi. 4. ideſt in penam eternam. ¶ Quinto honoꝛauerunt xp̄m ipſuꝫ ſaluatoꝛem ꝯfitendo. vnde dicunt. O ſanna in excelſis. i. ſalua obſecro: qđ fit per fidem ⁊ ſpem. Hoc modo honoꝛatur deꝰ ſpiritualiter quando credit quis eum eſſe ſaluatoꝛem: ⁊ ponit in ipſo omneꝫ fiduciaꝫ. Econuerſo inhonoꝛauerunt eum feria ſexta ipſum ⁊ fidem eius abnegando. Unde qui pꝛius clamabant. O ſanna: modo clamant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Iſto modo inhonoꝛant ipſum heretici ⁊ infideles ⁊ deo diffidentes. ¶ Sexto honoꝛauerunt euꝫ laudando ⁊ eum laudibus ſuſcipiendo. Unde dicitur. Turbe autem que pꝛecedebant ⁊ que ſequebantur: clamabant dicentes. O ſanna filio dauid. Et iſto modo ſpiritualiter honoꝛatur deus: ſcilicet per laudem in eccleſia. Pſalmiſta. Sacrificiuꝫ laudis honoꝛa. me ⁊ cetera. Et cauendum eſt ne ſit diſcoꝛdia in iſto cantu: ſcilicet quod os diſcoꝛdet a coꝛde: ne dicatur illud Yſaie secūdo. Populus hic labijs me honoꝛat: coꝛ autem eoꝛum longe eſt a me. Econuerſo inhonoꝛauerunt ipſuꝫ feria ſexta blaſphemando: hoc modo a multis inhonoꝛatur: qui faciunt eum teſtem falſum periurando. Nam ſcd̄m Auguſtinum. Iurare eſt deuꝫ in teſtem inuocare. Et hoc modo inhonoꝛabant ipſum iudei qui dicebant ipſuꝫ eſſe demoniacū. Joh. octauo. Quibus dixit. Ego demonium non habeo ſed honoꝛifico patrem: et vos inhonoꝛaſtis me. ¶ Septimo honoꝛauerunt ipſuꝫ ꝓ rege habendo ⁊ regiaꝫ dignitatem ei tribuendo. Unde dicunt. Benedictus qui venit in nomine domini: rex iſrahel. Iſto modo honoꝛatur ſpiritualiter ab humilibus qui ipſum habent pꝛo rege ei attribuendo regis dignitateꝫ: ſcilicet gloꝛiam de bonis operibus quam ſibi ſicut regi retinuit. Gloꝛiam inquit meam alteri non dabo. Apoſtolus. Soli inquit deo honoꝛ ⁊ gloꝛia. Econuerſo inhonoꝛauerunt eum iudei feria ſexta dicentes. Non habemus regeꝫ niſi ceſarem. Et hoc modo inhonoꝛant eum ſuperbi gloꝛiam de bonis operibus ſibi vſurpādo ſicut herodes: actuū duodecimo. Cuꝫ ſediſſet herodes populus acclamabat voces dei nō

hominis. Et ſequitur ꝙ confeſtim percuſſit eū angelus domini. Et conſumptus a vermibus expirauit. Eo qꝺ non dediſſet honorem deo. Cui honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Incipit de ſacramento in cena domini. Sermo octuageſimus.

m Emoriā fecit mirabiliū ſuoꝝ miſericors ⁊ miſerator dñs eſcā dedit timētibus ſe. Pſal. Quia xp̄s dñs eſt p̄nceps regum terre. Apoc. p̄. Jō in ſacramēto euchariſtie tria ſigna cōmendant ¶ Primo oſtendit in ea ſuam potentiam: qꝛ nō eſt maioris virtutis mundū de nihilo facere ſiue creare ꝙ̄ ſubſtantiā totam panis: ſubito in ſuum corpus incorruptibile ⁊ p̄exiſtens ꝯuertere dicēs. Memoriā fecit mirabiliū ſuoꝝ. Opera enim mirabilia declarant diuinā potentiā. Pſalmiſta. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es ⁊ cetera. ¶ Secundo oſtendit ſuā clementiam: quia ſeipſum totum dedit: tam indignis ꝙ̄ dignis. Et ideo ſeqtur. Miſericors ⁊ miſator dominus. De qua clemētia pſalmi. Suauis dominus vniuerſis ⁊c. ¶ Tertio oſtendit xp̄s ſuā magnificentiā: qꝛ ibi ſtatuit vere vnū ferculū: qꝫ in ſe plus hꝫ de p̄cioſitate ꝙ̄ totū ſuū regnū. Pſal. Oculi oīū in te ſperāt dñe ⁊c. Et qꝛ opatio manus in p̄ncipe deſignat magnificentiā. : iō adiūgit. Apis tu manū tuam ⁊c. Qm̄ ergo circa ſacramentū euchariſtie eſt p̄ns noſtra intētior ſolennitas. Ideo ad iſtius ſacramēti myſterium declarandum ſunt quatuor contemplationes.

Prima ꝯtemplatio.

p Rima ꝯtemplatio eſt de huius ſacramenti entitate. Ubi eſt ſciendū ꝙ ſicut dicit Greg. in omelia paſcali. Aliud eſt qꝺ cernit: ⁊ aliud qꝺ creditur. Illud qꝺ cernitur eſt ſpecies panis ī hoſtia: ⁊ ſpēs vini in calice. Sed illud qꝺ creditur ē veritas carnis ⁊ ſanguinis xp̄i. Pro quo eſt intelligendū ꝙ ſub ſpecie panis: que videt̄ in hoſtia quatuor eſſe credunt̄. ¶ Primo credit̄ ibi eſſe corpus xp̄i ex vi verboꝝ: qꝛ verba ꝯſecratiōis de ſolo pane faciunt mentionem. ¶ Scḋo eſt ibi ſanguis xp̄i ex ꝯcomitantia imediata: qꝛ ſanguis imediate diſponit corpus ad vitā. ¶ Tertio ē anima ex ꝯcomitantia propinqua: qꝛ lꝫ anima non viuificet corpus: niſi mediāte ſanguine: tn̄ ꝑtinet ad eandem nām. Et ideo concomitātur ipſum propinque. ¶ Quarto eſt ibi diuinitas verbi ex concomitantia remota: quia licet diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnum ſuppoſitum: tamen non pertinet ad vnā nām. Et ex iſtis accipiuntur duo documenta.

¶ Primum documentū eſt: ꝙ ſanguis chriſti non ſolum eſt in calice: ſicut aliqui imaginātur: ⁊ corpus tantū in hoſtia: inmo totus ſanguis chriſti ē vere in hoſtia. Quia ex quo chriſtus vere reſurrexit ſanguis eius non fuit niſi intra ſuum corpus.

¶ Secundum documentum eſt: ꝙ rationabilis eſt inſtitutio eccleſie moderne: quod cum in primitiua eccleſia ſacramentum hoc ſub vtraqꝫ ſpecie toti populo miniſtraretur: quod nunc nō fit ab eccleſia moderna: quia circa ſpecies vini multa pericula accidunt effuſionis. Ideo inſtitutū eſt: vt ſpecies panis tantum populo cōmunicetur: quia ſub vtraque ſpecie: tam corpꝰ ꝙ̄ ſanguis ſuſcipitur. ¶ Intelligendum qꝺ in calice creduntur eſſe eadem quattuor. que in hoſtia: ſed alio ordine. ¶ Nā primo eſt ibi ſanguis ex virtute verborum: pro eo ꝙ verba conſecrationis calicis de ſolo ſanguine faciunt mentionem. ¶ Secundo conceditur ibi eſſe corpus xp̄i eē ex concomitantia immediata: qꝛ corpus ſanguis eſt immediatum receptiuum. ¶ Tertio conceditur ibi eſſe anima: ex concomitantia propinqua: quia pertinet ad eandem naturam humanam. ¶ Quarto creditur ibi eſſe diuinitas ex cōcomitantia remota: quia nō pertinet ad eandem naturam: quāuis bene ad idem ſuppoſitum. Sed hic accipiūtur alia duo documenta.

¶ Primum documentum eſt: qꝺ cum hic ſit aliud quod cernitur oculis corporis: ⁊ aliud qꝺ cernitur oculis mentis: in hoc ſacramēto adoratio non ē dirigenda ad illud quod cernitur: ſꝫ ad illud quod creditur tantum: quia illud eſt dignum adoratione.

¶ Secundum documentum eſt: qꝺ quia verba conſecrationis proferūtur ſecrete a ſacerdote. Ideo hoſtia non eſt adoranda donec eleuetur a ſacerdote: quia nondum conſtat ibi eē corpus xp̄i. Ideo ꝓpter periculū idolatrie ī fide eccl'ie adoranda eſt ⁊c. Qꝺ autem iſta quatuor tuor ſint ibi: patet per Ambroſium dicentem:

q̄ illa que fuerunt in vtero virginis: inueniuntur in hoc ſacramento. Sed circa iſta accipiuntur quatuor veritates.

¶ Prima veritas eſt: q2 in hoc ſacramento ꝓprie non videtur xp̄s oculo corporali: q2 aliud eſt quod cernitur: ⁊ aliud qđ credit̃ ſm̄ augu. Ideo cum xp̄s ibi credatur eſſe: ſi ibi cerneret̃ idem eſſet quod cerneret̃ ⁊ quod crederetur.

¶ Ratio aũt quare xp̄s non cernit̃ ibi eē: eſt q2 accidentia que ibi cernunt̃: non ſunt in corpore xp̄i: ſicut in ſubiecto. Nullum autem corpus videri poteſt: niſi per colorem: qui formaliter eſt in ſubiecto.

¶ Secunda veritas eſt: q̄ lȝ xp̄s ibi proprie non videatur: non tamen errant fideles: q̄ dicunt ſe vidiſſe deum in manibus ſacerdotis: quia nullus erat. Cuius verba poſſunt verificari eo modo: quo verificatur diuina ſcriptura In qua dicitur q̄ aliqui viderunt dn̄m oculo corporali: ſicut Moyſes cernẽdo corporaliter rubum. Exodi. 3. Non q̄ ibi videret diuinitatem: ſed quia diuinitas aſſiſtebat illi rubo. Ita corpus chriſti ſuo modo aſſiſtit ſpeciebus que in hoc ſacramento cernuntur.

¶ Tertia veritas eſt: q̄ ſi beatus Petrus celebraſſȝ miſſaȝ i triduo illo cũ i cena fuit ordinatus ſacerdos: tunc in hoſtia non fuiſſent niſi duo. ſ. corpus xp̄i ⁊ eius diuinitas: q2 tunc caro xp̄i fuit mortua. Et ideo tunc eaȝ aīa non cõcomitabatur: nec etiã ſanguis: q2 iam effuſus erat ſup terraȝ: ⁊ corpus in ſepulchro: ⁊ anima in inferno. Et ideo cum aīa ⁊ ſanguis nõ fuĩt in hoſtia niſi per ↄcomitantiã: tunc ibi non fuiſſent. Tamen q2 diuĩitas corpori remãſit vnita in morte: ideo fuiſſet ibi ex tali ↄcomitãtia.

¶ Quarta veritas eſt: q̄ ſi beatus Jacobus: q̄ primus miſſam ordinauit: dixiſſet miſſaȝ in hoc triduo: tunc in hoc calice nõ fuiſſet niſi ſanguis: q2 ibi non eſt corpus ⁊ aīa: niſi per cõcomitantiam: ⁊ tunc erant a ſanguine ſeparata: nec diuinitas ita fuit ſanguini: ſicut carni vnita q2 nõ remanſit coīcatio ydiomatum: que ꝓuenit ex tali vnione: vt dicitur in decretis. Non enim erat verȝ dicere hoc ſanguine demonſtrato hic ſanguis effuſus eſt deus: ſicut ꝓpter ſepulturam corporis dicimus deum fuiſſe ſepultum: nõ in cruce remanſiſſe: ſicut ſanguis remanſit. ¶ Et iſtius ratio eſt: q2 corpus eſt p̄ncipalis hoīs pars: ⁊ non ſanguis. ¶ Intelligendum tamen q̄ quãdo ſacerdos eſt deferẽs corpus xp̄i ad coīcandum infirmum: ei dicet. Credis hoc eſſe corpus xp̄i de virgine natuȝ: in cruce paſſum? Tunc vterqȝ ⁊ ſacerdos ꝓferens: ⁊ fidelis ꝓfitens dȝ dirigere ſuam intentionem ad illud: quod creditur: ⁊ non ad illud quod cernitur. Alias vterqȝ erraret: cum illud quod cernit̃: nõ ſit corpus xp̄i ſm̄ Gre.

¶ Intelligenduȝ tamen q̄ cum ſenſus hominis ſint proni ad dirigendum iudicium rõnis ad illa que cernunt: niſi inſtruant̃ fide. Ideo videt̃ tutius dicere. Credis h̄ eē corpus xp̄i? Et tunc poſſȝ intẽtio dirigi ad illud: qđ cernit̃ q2 in ſpẽbus illis quas cernimus: eſt vere corpus xp̄i. Cum vero qs dirigit intentionẽ ſuaȝ ad fidem eccl'ie in coĩ: tunc nullũ videt̃ eē periculum: ſȝ remanet h̄ dubitatio. Si ſanguis xp̄i ē venerãdus: q̄ eſt in aliq̄bus reliquijs: p̄ter euchariſtiã. Dicũt multi q̄ nõ: q2 xp̄s totuȝ ſanguinem reaſſumpſit. Tamen nõ videt̃ inconueniẽs ſi aliq̄ portio remãſit: cuȝ nõ indiget tñto ſanguine corpꝰ gl'ificatuȝ. Et iõ venerari p̄t

¶ Scđa dubitatio eſt: ſi talis ſanguis ſit venerandus: ſicut in euchariſtia. Dicit̃ q̄ nõ: quia nõ eſt vnitus diuitati: ſicut nec in triduo mortis xp̄i. vnde ſicut in triduo nullus debuiſſet adorare calicem ſm̄ latriã: eo q̄ nõ erat diuinitas vnita. Ita nec ſanguinẽ iſtum: q̄ eſt ſapatꝰ a corpore': cum ſanguis in euchariſtia eſt ſibi ↄiunctus.

Scđa ↄtemplatio.

c Irca ſcđam ↄtemplationem: q̄ eſt de iſtius ſacramenti vnitate: eſt intelligendum q̄ in h̄ ſacramento non eſt vnitas ſimplicitatis: ſȝ vnitas integritatis: cũ in eo ↄtineant̃ ſm̄ p̄miſſa q̄dam infinite diſtãtia. ¶ Intelligendũ tamen q̄ ad integritatem iſtius ſacramẽti ſunt quatuor cãe: ſicut ſolet inquiri in quolibet nãli effectu. ſ. cauſa efficiens formalis: mãlis: ⁊ finalis. Ideo ad integritatem iſtius ſacramenti eſt panis in hoſtia: ⁊ vinum in calice cauſa mãlis. Forma autem ſunt verba conſecrationis. Efficiens ſacerdos rite ordinatus loquente de efficiẽte materiali: quia principalis cauſa efficiens conſtat eſſe deum. Finis autem eſt intentio debita proferentis. Et ideo quia ibi iſta quatuor requiruntur: ne altero iſtorum deſinente: ibi nil fiat. Ideo dicitur in libro de reglis theologie in quarta regula q̄ ad hoc q̄ panis conuertatur in corpꝰ chriſti: requiritur q̄ in pane ſit materia: in verbis forma: in agente intentio: in perſona ordinatio. Cum iſta quatuor concurrunt: ſequitur cõſecratio. Scđȝ hoc ſunt quatuor ↄſideratões.

Prima conſideratio.

P Rima eſt de cauſa efficiẽte tali. ſ. miniſteriali: de qua nunc loquimur. Nullus hꝫ ptãtem ꝯficiendi: niſi ſit ſacerdos ordinatus per epiſcopũ: qꝛ Paulus apoſtolus cum ordinaſſet Titum epm: ex hoc dedit ſibi auctoritatem ordinandi ſacerdotes ꝺi. ad Tituꝫ. Huius rei gratia reliq̄ te crete: vt cõſtituas pſbyteros. Quod fruſtra factum fuiſſet: ſi non eps ſacerdotes ordinare potuiſſꝫ. Ex q̄ ꝯcluditur error maldenſium: q ꝯſecrationem iſtius ſacramenti omni fideli ⁊ vtriqꝫ ſexui cõmittunt. Sꝫ circa iſtam cãm efficienteꝫ ſunt alique queſtiones. ¶ Prima eſt ſi ſacerdos hereticus põt ꝯficẽ. Dicitur ꝙ ſic: qꝛ iſtud ſacramentum ſit in fide eccl'ie: ⁊ non in fide vnius ſingularis perſone ſm Auguſtinum.

¶ Secunda queſtio ſi ſacerdos ſciſmaticus. Dicit̃ ꝙ ſic. ¶ Tertia ſi irregularis ſacerdos Dicitur ꝙ ſic: qꝛ irregl'aritas eſt pena iuris humani: ⁊ auctoritas ꝯficiendi: poteſtas iuris diuini eſt. Ideo illa non põt iſtam auferre: ſicut nec ius humanum põt dinum auferre.

¶ Quarta queſtio eſt: ſi ſacerdos degradatuſ põt ꝯficere. Dicitur ꝙ ſic: cum caracter ſit indelebilis: in quo ꝯſiſtit ptãs conficiendi. Sed remanet ad dubiũ: ſi ſacerdos malus celebrãs eſt audiendus. Dicitur ꝙ ſi ꝯſtaret ipſum eſſe in mortali peccato: qꝛ celebrando peccat mortaliter: ⁊ ideo ei non eſt coĩcandum in tali actu. Quia tamen ꝯtritio cordis eſt interior occulta ⁊ repentina propter peccata manifeſta non eſt omittendum: niſi de ſcandalo timeatur.

¶ Secũda dubitatio eſt ſi ſacerdos excõmunicatus eſt audiendus. Dicitur ꝙ nõ: qꝛ contritio occulta penam iuris nõ hꝫ extrinſecã euacuare. Corpus aũt chriſti ſic eſt venerandum in manu ſua: ſicut alterius: qꝛ ita vere conficitur a malo: ſicut a bono miniſtro.

Secunda ꝯſideratio.

Q Uantum ad cauſam meteralẽ iſtius ſacramenti ꝑmo videndũ eſt de mã in hoſtia. ¶ Scđo de mã in calice.

¶ Circa ꝑmum nota ꝙ materia in hoſtia eſt panis triticeus. vnde ſi ꝯficeretur in pane ſiligineo: vel ordeaceo: vel ſpelte: nõ fieret: quia vnius ſacramenti vna eſt materia in ſpẽ.

¶ Circa materiaꝫ calicis dicitur ꝙ mã iſtius ſacramenti eſt vinum de vite. vnde ſi aliqs in alio conficeret: ſicut in vino pomoꝝ: nihil faceret: qꝛ vnius ſacramenti vna eſt materia ſm ſpeciem: vt panis ſupra. Quantum ad cauſam formalem in hoſtia dicit̃ ꝙ ſicut in hoſtia ſunt quatuor. ſ. corpꝰ: ſanguis: anima: ⁊ diuinitas ita quatuor ſunt verba: per q̄ hoſtia conſecrat̃: ſcilicet. Hoc eſt corpus meum. Iſtam autem formam conſecrationis tradidit xp̄s Matthei 26. vbi ſunt quatuor documenta.

¶ Primum documentũ eſt: ꝙ iſta ꝯſecratio ſm formam ꝑmo fuit inuenta vel facta in lingua hebrea: qꝛ illã linguã loquebat̃ xp̄s ⁊ apl'i

¶ Scđm documentum eſt: ꝙ deinde fuit facta in lingua greca: quia poſt hebreos greci vt habetur in actibus de viduis grecorum.

¶ Tertium documentũ eſt: ꝙ deinde factum fuit in lingua latina: qꝛ beatus Petrus romanis tradidit. Et ꝯfirmatur: qꝛ ſm Aug. de ci. dei in iſtis linguis fuit ſcriptus titulus. Et cõfirmatur: qꝛ Mattheus ſcripſit hanc formam in hebraico: Lucas i greco: Marcus i latino. Iohes vero nullam formam expreſſit.

¶ Quartum documentum eſt: ꝙ iſta ꝯſecratio fieri poſſet in omni lingua eadem ratione: qua ⁊ in iſtis. Sꝫ hic eſt dubium: qꝛ in canone tradito a btõ Petro non ponit̃ iſta ꝯiũctio enim. Dicitur ꝙ enim nõ ptinet ad formã ꝯſecrationis: ſed tm̃ ꝯtinuat ad ꝓcedentia. vnde ſi omitteretur: adhuc conficeret. Quis ſcienter omittens peccaret mortal'r. ¶ Secundum eſt ſi ſolum p verba illa poſſet fieri cõſecratio. Dicit doctor ſubtilis ꝙ non: quia verba ſic abſolute plata dant ſenſum ac ſi ꝯficiens vellet conficere corpus ſuum proprium: ſic etiam xp̄s expreſſit. Et ideo dicit ꝙ ſunt neceſſaria verba ꝑambula: per que ſignificetur ſacerdoſ dicere hec non in ꝓpria perſona: ſed xp̄i recitando ꝓferens. Et illd fit ab illo loco: vt nob corpus ⁊ ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui dñi nr̄i ihu xp̄i

¶ Circa formam conſecrationis calicis ſicut ꝑ qnqꝫ vulnera ſanguis exiuit de corpore xp̄i principaliter: ideo per quinqꝫ verba fit cõſecratio iſta: que ſunt. Hic eſt calix ſanguinis mei. Iſta forma habetur Matthei. 16. Marci. 14 Luce. 22. Tamen ſicut iacet ad litteraꝫ in noſtro miſſali non inuenitur in aliquo euãgeliſta ſed beatus Petrus iſtam formam tradidit eccleſie. ¶ Quantum ad cauſam finalem dicit̃ ꝙ finis noſter accipitur pro intentione conſecrantis: vt intendat facere quod xp̄s fecit: qđ facit eccleſia. ¶ Circa iſtum finem ſunt quatuor veritates. ¶ Prima eſt ad conficiendũ iſtd ſacramentum non requiritur intentio actualis

quia ſm Iheronimū. Dominus nullum obli
gat ad impoſſibile. Nō eſt autē in poteſtate no
ſtra ſubito in inſtanti: dum proferuntur conſe
crationis verba: q̄ ille qui eſt ad alia: diſtract⁹
poſſet ita actualiter cogitare: nec per conſequēs
intendere. ¶ Secunda eſt q̄ ad illā conſecra
tionem non ſufficit intentio habitualis: q̄ꝛ cum
illa manet etiam in homine dormiente: ſicut eti
am ꝛ habitus. Tunc homo dormiēs poteſt cō
ficere verba debita proferendo. ¶ Tertia eſt:
q̄ ad iſtam requiritur ꝛ ſufficit intentio virtua
lis: vt ſcilicet intendat ſm omnem diſpoſitionē
ſe ad celebrandū conferte. ¶ Quarta veritas
eſt: q̄ ad illam conſecrationem non requiritur
intentio ſpiritualis: vt conficiens ſemper inten
dat bonū ſpirituale: propter qd illud ſacramē
tum eſt inſtitutum ſm Dionyſiū. Unde ſi ma
lus ſacerdos propter lucrū temporale celebra
ret conficeret.

Tertia contēplatio.

c Irca tertiā ꝯtemplationem que eſt de
iſtius ſacramēti veritate eſt intelligen
dū q̄ iſtius ſacramēti veritas eſt in ſe
euidētiſſima cū pre ceteris ſacramentis in ſcri
ptura ei⁹ veritas ſit expreſſa: tñ eſt mētibus no
ſtris ſūme occulta pre ceteris eccl'ie ſacramētis
Et ad illud ducit ratio ꝛ exemplum. Ratio q̄ꝛ
tranſcendit propter ſblimitatem eius intellectū
noſtrum. Et ideo non eſt intelligibille ſibi ꝓ
portionatum: Exemplum eſt ad propoſitum:
quia ſicut ſe habet oculus noctue ad lumen ſo
lis: ita ſe habet intellectus noſter ad ea que ꝛc.
Et quia illud ſacramentum eſt occultiſſimum
nobis: ideo ſancti multum ſunt conati ad ipſū
declarandum: vt euacuarent dubia: que circa
iſtam materiam excecāt inſipientem. Et ad
hoc faciendum occurrunt nobis quatuor conſi
derationes.

¶ Prima eſt de iſtius ſacramēti conuerſio
ne. ¶ Secunda de eius extenſione. ¶ Tertia
de eius locatione. ¶ Quarta de eius īpoſſibi
litate.

Prima ꝯſideratio.

q Uantum ad primam occurrit obſtacu
culum qd eſt hoc: q̄ aliqui nō vident
quomodo tam ſubito ſubſtantia panis
corruptibilis poſſet conuerti i corpus chriſti in
corruptibile: Sed huic obſtaculo occurrit con
ſideratio beati Ambroſij in libro de ſacramen
tis. Qui volens oſtendere q̄ deus poteſt con
uertere quodlibet in quodlibet per ſuā omni
potentiam ponit multa exēpla diuine ſcripture
vt quando mulier ſubito de coſta viri facta fuit
ꝛ quando virga moyſi in ſerpentem fuit con
uerſa. Et confirmatur per rationem q̄ꝛ plus di
ſtant ens ꝛ non ens: q̄ꝫ duo entia ſm diſtantiā
eſſentialem. Et q̄ꝛ deus ſm omnium fidē po
teſt aliquid de nihilo facere. Igitr multo forti⁹
de vno ente aliud ens quodcunq̄ꝫ poteſt facere
ꝛ operari.

Scda ꝯſideratio.

s Ecunda conſideratio de iſtius ſacra
mēti extēſione occurrūt duo obſtacla
¶ Primū eſt q̄ aliqui nō poſſunt
intelligere quomodo corpus chriſti tā magnū
poteſt eſſe infra tam paruā hoſtiā totum con
tentum cū imaginentur maius corpus infra
minus totaliter non poſſe contineri. Sꝫ huic
occurrit conſideratio beati auguſtini de quan
titate anime: qui probat animam eſſe maiorem
corpore: q̄ꝛ totā mundi magnitudinē infra ſe
cogitare poteſt: ꝛ ſic infra ſe continere: ꝛ ſic cū
ſit maior corpore tota eſt īfra corp⁹. Modo cō
ſimili corpus chriſti cum ſit maius hoſtia totū
eſt infra ipſam: non coartatū: ſed ita magnum
ꝛ perfectū ſicut eſt in celo. ¶ Secundum ob
ſtaculum q̄ꝛ non percipiunt cum hoſtia diuida
tur in fractione: quin corpus chriſti infra exi
ſtens diuidatur: cum ad diuiſionem cuiuſcūq̄ꝫ
corporis: ſequitur diuiſio ſue virtutis: huic oc
currit conſideratio beati Augu. in libro de ſpi
ritu ꝛ anima: qui ponit q̄ anima eſt tota in qua
libet parte corporis: ꝛ nō diuidit̄ ſꝫ diuiſionē
corporis. Et ita q̄ꝛ corpus xp̄i totū eſt in quali
bet particula hoſtie ipſa diuiſa: non diuiditur.

Tertia ꝯſideratio.

q Uantum ad tertiā ꝯſiderationem q̄
eſt de huiuſmodi ſacramenti locatio
ne occurrunt aliqua obſtacula.

¶ Primū eſt q̄ non poſſunt aliqui intellige
re xp̄m ad altare deſcendere de celo: ꝛ ibi ma
nere. Cum dicat auguſtinus q̄ donec finietur
ſeculum ſurſum eſt dn̄s. Sed huic occurrit cō
ſideratio Origenis ſup Matth. Qui dicit q̄
dei filius veniens in virginē totus remanſit
apud patrē: vt non dimidius apud deū ꝛ dimi
dius eſſet in virgine: ſicut veritas quā mente
ꝯcipimus cū eam docemus tota remanet apud
nos: ꝛ tota tranſit in adiſcentes. Sic de corpo
re xp̄i ꝛc. ¶ Secūdum eſt q̄ꝛ non capiunt quō
in tam breui momento ſicut verba conſecratio
nis proferuntur: chriſtus poſſet tranſire de ce
lo empireo ad altare. Huic occurrit conſidera
tio beati Auguſtini: qui dicit q̄ ſubito dum ocu

lus aperitur habetur viſibile: quantumcunq̧ diſtans: tranſitu velociſſimo attigitur vſq̧ ad celum. Et ideo non eſt mirandum de corpore chriſti: cum ſol in inſtanti mittat radium ſuū ab oriente in occidentem. ¶ Tertiuꝫ eſt ꝙ nō vident quomodo idem corpus poſſet eſſe in diuerſis locis ſimul. Sed huic occurrit conſideratio Hugonis de ſacramentis qui ponit. Ideo non poſſet idem corpus eſſe in diuerſis locis: quia deus conditor nature talem corporibus legem dedit. Et ideo cum quilibet legiſlator poſſet diſpenſare in lege: quam ipſe ſtatuit: immo oppoſitum ordinare. Ita poteſt deus in vniuerſo. ¶ Quartum eſt quia non vidēt quomodo duo corpora poſſunt eſſe in eodeꝫ loco: vt corpus chriſti ſit infra dimenſiones hoſtie: niſi forte ponatur ibi in aliqua concauitate Sed huic obſtaculo occurrit conſideratio damaſceni ponentis ignem ferro intimatum cuꝫ ſit corpus ſubtile: ⁊ ita corpus chriſti cuꝫ ſit ſubtilius igne. Quarta conſideratio.

q Uantum ad quartam conſideratiōeꝫ de eius impaſſibilitate: ſunt duo obſtacula. ¶ Primum ꝙ non vident quomodo chriſtus non patiatur cum hoſtia frāgatur ⁊ multipliciter alteratur. Sed huic occurrit conſideratio pauli. Secunde cor. xj. Ipſe ſathanas transfigurat ſe in angeluꝫ lucis. Iſta autem transfiguratio poteſt fieri per aſſumptionem corporis luminoſi ⁊ decori: ⁊ tunc ſi tale corpus ſcindatur: aut qualitercunque patiatur nullatenus angelus malus patitur: ita nec corpus chriſti in hoſtia. ¶ Secundum eſt ꝙ nō vident quomodo corpus xp̄i ex frequenti ſumptione ſucceſſiua non conſumatur: ⁊ ipſe ſpecies conſumantur. Huic occurrit cōſideratio ſapientis. Eccleſiaſti. 12. Ubi loquitur de conſumptione humani corporis: anima non conſumptibili exiſtente. Unde dicit. Reuertatur puluis in terram vnde erat: ⁊ ſpirit᷒ redeat ad dominum ⁊c. Quarta ɔtēplatio.

c Irca quartaꝫ ɔtemplationeꝫ: que eſt de ei᷒ bonitate: occurrūt. 4. ɔſi°nes. ¶ Prima ɔſide° ē de ei᷒ celebritate ¶ Secunda ɔſideratio eſt de ei᷒ inſtitutiōe. ¶ Tertia ɔſideratio eſt de eius ſuſceptione. ¶ Quarta ɔſideratio eſt de eius perfectione. Prima ɔſideratio.

q Uantum ad p̄mam dicendum eſt: ꝙ celeberrimū inter oīa ſacramenta noui teſtamenti. Et ideo eius officium celebratio vocatur. In hoc. n. officio maxime militans etiā imitatur eccleſiā triūphantem: q2 ſicut in hac vita ſunt inſtituti ſex ordines eccliē ad miniſtranduꝫ ſacerdoti: ita in celeſti hierarchia ſunt inſtituti ſex ordines angeloꝝ ad miniſtrandum xp̄o. Tres. n. ſupremi ordines non ſunt adminiſtrantes: ſed aſſiſtentes vt dicit Dionyſius. ¶ Et iō circa iſtā ɔſiderationem primo inſiſtendū eſt circa iſtius ſacramenti ſolēnitateꝫ. ¶ Scd̄o circa eius figuraꝫ. ¶ Quo ad primuꝫ ē intelligēduꝫ ꝙ in hoc ſacramento ꝓbantur eſſe quatuor ſolēnitates. ¶ Prima eſt ex p̄ſentia triuꝫ pſonaꝝ diuinaꝝ. Tota. n. trinitas eſt pn̄s huic ɔſecrationi: ⁊ hoc ex ſingulari ratione tanti miraculi; q2 nō poteſt effici niſi a tribus perſonis modo mirabili: q2 ſicut pater ⁊ filius ⁊ ſp̄us ſanctus ſunt vnuꝫ p̄cipiuꝫ creature: ex de trinitate. Ita ſunt vnum p̄cipiū huius ſacramenti ⁊ ſingulari modo actus que eſt tam mirabilis: ad queꝫ nulla alia cauſa attingere poteſt. ¶ Scd̄a ſolēnitas eſt ex preſentia ſanctoꝝ angeloꝝ: q2 ſcti doctores non dubitāt ibi eſſe p̄ntiaꝫ ſcōꝝ angeloruꝫ aduenientiuꝫ de celo. vnde dicit Greg. Quis fideliū dubium habere poſſit in illa imolationis hora celuꝫ aperiri: ⁊ angeloꝝ choros adeſſe ad vocē ſacerdotis? ¶ Tertia ſolēnitas eſt ex p̄ſentia ſanctarū aīarum: q2 ſicut angeli: ita ⁊ ſancti xp̄m comitātur quocunq̧ p̄git. Et ideo dicit Ihero. Oēs aīe ſanctoꝝ in hoc mundo comitātur xp̄ꝫ quocunq̧ ierit. Inducens illud apoc. Hij ſequuntur agnum quocunq̧ ierit. Et cuꝫ vere veniat ad iſtō ſacramentū ipſuꝫ ibi ſequunť. ¶ Quarta ſolēnitas ē ex p̄ntia matris xp̄i que eſt regina virginū: q2 ƀꝫ Ihero. Iſtud officiū aſſociandū fuit p̄uilegio virginis ex ſua puritate. Dicit. n. virgines ſunt ⁊ ſequūtur agnuꝫ quocūq̧ ierit. Apoc. 14. Et q2 mater dn̄i cuꝫ ceteris virginibus maxime hꝫ hoc p̄uilegium: maxime ei conuenit hoc officiuꝫ. ¶ Scd̄m huius p̄me ɔſiderōnis eſt de diuina ſcriptura: in q̄ hoc ſacramētum quadrupliciter figuratur. ¶ Primo in ſacrificio melchiſedech. Gen̄. 8. Quia ſicut melchiſedech: cuꝫ eſſet ſacerdos altiſſimi offerebat panem ⁊ vinuꝫ. Ita xp̄s ſub ſpecie panis ⁊ vini inſtituit hoc ſacramentum. Pſalmi. Tu es ſacerdos in eternum ſm̄ ordineꝫ melchiſedech ¶ Scd̄o fuit figuratuꝫ i imolatōe agni paſchalis. Exo. 12. Quia ſicut ibi agn᷒ fuit imolat᷒ ꝓ ſalute populi iſraelitici. Ita hic agnus dei imolatus eſt ꝓ ſalute totius populi chriſtiani.

¶ Tertio fuit figuratū in mãna deſerti. Exo.
16. Qꝛ ſic ille cibus fuit idignis abhominabi
lis: qꝛ dicebant. Anima noſtra nauſeat ſuꝑ iſto
cibo leuiſſimo ⁊ dignis ſūme delectabil̄: qꝛ vt
dicit ſapiens. Habebat omnis delectamēti ſua
uitatem vt ad cuiuſcunqꝫ deſideriuꝫ conuerte
retur. Ita iſte cibus eſt indignis nociuus a di
gnis ſumme ꝓficiuus: qꝛ dicit Dionyſius: ꝙ
confert iuſtis ſanctificationē: ſicut indignis cō
demnationē ſicut de iuda dicit̄ in Ioh. Poſt
bucellā ſtatim introiuit in eum ſathanas: ſꝫ ta/
men illa bucella nō fuit corpus xp̄i. ¶ Quar/
to fuit figuratū in panibꝰ propoſitionis. Exo.
21. Qꝛ ſicut illi paneſ quottidie nō miniſtrabā
tur niſi aliqñ a ſacerdotibꝰ: ita quottidie eucha
riſtiam ſumere non ꝯuenit niſi ſolis ſacerdoti/
bus: ⁊ ſicut tp̄e neceſſitatis illi panes fuerunt
ceteris miniſtrati requiſita corporis puritate.
ſm dionyſium vt patet de abimalech: qui dixit
ad dauid p̄mo. Reg. Si mūda ſunt vaſa pue
roꝝ maxime a mulieribꝰ anteqꝫ daret eis iſtoſ
panes ꝓpoſitionis: ita hoc ſacramentū in cer/
tiſ articulis miniſtratur ꝯmuniter fidelibꝰ. Sꝫ
ante reqrit cordis ⁊ corporis puritatem ſꝫ Di
onyſium. Ex iſtis accipio duo documenta.
¶ Primum documentuꝫ eſt: ꝙ ille qui acce/
dit ad illud altiſſimuꝫ ſacramentum dꝫ accede/
re cū ſumma preparationis diligentia: qꝛ tanta
ſunt ibi ſolēnia. ¶ Secdm eſt: qꝛ illi qui aſſiſtūt
debent aſſiſtere cum ſumma reuerētia: qꝛ tāta
dicuntur de hoc ſacramento vtilia preconia.

Secunda ꝯſideratio.

Quantum ad ſecūdam ꝯſiderationem
que eſt de iſtius ſacramenti inſtitutio
ne ſunt quatuoꝛ requirenda.
¶ Primū eſt qualiter fuerit inſtitutū. ¶ Se
cundū qñ. ¶ Tertium vbi. ¶ Quartuꝫ q̄re.
¶ Quo ad primum: Iſtud ſacramentum fuit
inſtitutum quintuplici circunſtantia modificā
te: ſicut habetur in canone beati petri. ¶ Pri
ma eſt eleuatio oculoꝝ. Eleuatis. n. oculis i ce
lis. Ex quo accipitur documentum: ꝙ illi qui
aſſumunt hoc ſacramentū dbēt habere oculos
mentis eleuatos in deum: ⁊ non depreſſos ad
inferiora. ¶ Secda fuit gratiaꝝ actio cum inqt
patri Gratias agēſ. Ex quo accipitur documē
tum: ꝙ circa iſtud ſacramentum verſantes de/
bent deo eſſe grati de tam inenarrabili benefi/
cio. ¶ Tertia eſt benedictio. Benedixit iquit
Ex quo accipitur documentuꝫ ꝙ xp̄s benedi
cendo conſecrauit: ⁊ facta conſecratione dixit.
Hoc eſt corpus meum: ⁊ ſic non cōfecit ꝑ illa
verba per que nos ꝯficimus ſm Innocentiuꝫ
Tn̄ ad oppoſitum videtur dicere Ambroſius
de ſacramentis: ⁊ Ciprianus martyr: qui dicūt
ꝙ eadem facimus ⁊ non alia qꝫ ea que xp̄s fe/
cit. ¶ Quarta eſt panis diuiſio. Fregit inquit
Ex quo ſumitur documentū: ꝙ ſi tp̄e quo xp̄s
habuit corpus paſſibile ⁊ mortale: tale quale ha
buit dedit apoſtolis: fregit ſpecies panis ſine
ſui leſione corporis: multo plus poſt reſurrecti
onem: cū habeat corpus ipaſſibile. ¶ Quinta
fuit liberalis ꝯmunicatio. Dedit inqt diſcipu/
lis. Ex quo accipitur documentū: ꝙ iſtud ſacra
mentum cū ſumma liberalitate eſt miniſtrandū
dicente dn̄o. Gratis accepiſtiſ gratis date. vn
de ſymonia circa iſtud ſacramentū eſt maxime
deteſtabilis. Quanto. n. excellentius eſt donū
dei: tanto magis venditio eſt vitanda dicēte pe
tro apoſtolo ſymōi mago act. 7. Peccunia tua
tecū ſit in ꝑditiōe: qꝛ eſtimabas donū dei pecu/
nia ꝯparari. ¶ De ſecunda particula iſtius cō
ſiderationis qñ iſtud ſacramentum fuit iſtitutū
⁊ conſtat ꝙ in cena dn̄i: que fuit feria quinta an
te feſtum paſche: vt teſtantur euāgeliſte. ¶ In
telligendum tamen ꝙ iſta dies inuenitur in ſa/
cra ſcriptura quadruplici myſterio conſecrata.
¶ Primo quidem myſterio formatiōis auiū
qꝛ iſto die formate fuerunt aues a deo. Gene.
p̄mo. Ex quo datur intelligi ꝙ hoīes habētes
alas contemplationis ſm Auguſ. idonei ſunt
ad percipiendū illud ſacramentum. ¶ Secdo
fuit ꝯſecrata myſterio formationis piſcium q
illo die fuerunt creati a deo. ¶ Tertio fuit con
ſecrata myſterio dn̄ice oblationis: qꝛ feria qnta
xp̄s oblatus fuit a matre in templo: cuꝫ fuit na
tus in die dn̄ico vt alibi pꝫ. Ita ſacerdos xp̄m
offert in hoc ſacramento mirabilr̄ ſicut virgo i
templo viſibiliter ip̄um obtulit. ¶ Quarto fu
it ꝯſecrata dominice aſcēſiōis myſterio: qꝛ iſto
die fuit xp̄s in celum aſſumptus vt habetur in
actibus: ⁊ ita dicit Greg. Qd̄ expleto hoc ſa/
cramento in celum rapitur. Sed quid de hora
dicitur? Hoc ſacramentum fuit inſtitutum ho
ra ꝯpletorij: qꝛ veſpere facto in cena diſcubuit.
Matth. 27. Et iſta hora inenitur quadruplici
myſterio ꝯſecrata. ¶ Priº qdeꝫ myſterio mū
dialis creationis. Iſta. n. hora credunt aliqui
ꝙ mundus fuit creatus: qꝛ pro p̄mo die. ſ. dn̄i
co ſcriptuū eſt geneſis pº. Factum eſt veſpere ⁊
mane dies p̄mus: incipiendo a veſꝑe ſꝫ Au/
gu. de trinitate. 4. ¶ Secdo fuit ꝯſecrata my/

ſterio paſchalis agni: qꝛ iſta hora fuit celebratū primum paſcha in egypto: ⁊ agnus comeſtus vt habetur in exodo; vt veritas correſpōderet figure. ¶ Tertio fuit ɔſecrata myſterio angelice annunciationis. Et ideo ſm traditionē patrum iſta hora a fidelibus mater dn̄i ſalutaẗ. ¶ Quarto fuit conſecrata myſterio dominice ſepulture: quia iſta hora fuit xp̄i corpus in ſepulchro clauſum: vt habetur in euangelio. ¶ De tertia pticula huius ɔſiderationis vbi fuit iſtud ſacramentum inſtitutū. Et dicitur ꝙ iſtud fuit inſtitutum in ciuitate iheruſalem: in qua xp̄s cenauit teſtimonio quatuoꝛ euangeliſtarum. ¶ Sed eſt intelligēdum ꝙ in h̄ loco fuerunt inſtituta quatuoꝛ ſacramenta: que hn̄t adinuicem ɔnexionem. ¶ Primum eſt ſacramentum baptiſmi. Mat. 28°. Euntes docete omnes gentes baptizantes ⁊c. ¶ Scd̄m fuit ſacramentum oꝛdinis: qꝛ in cena xp̄s oꝛdinauit apl̄os ſacerdotes cum dedit eis ptātem ɔficiendi. Luce. 22. Hoc facite in meam ⁊c. ¶ Tertium fuit ſacramentū pn̄ie. Joh. 20. Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c. ¶ Quartū ſacramentum euchariſtie: vt patuit in cena. ¶ Quarta pticula eſt quare h̄ ſacramentū fuit inſtitutum. ¶ Sꝫ eſt attendēdum ꝙ ad iſtius ſacramēti inſtitutionem ponunẗ. 4. rationes. ¶ Prima eſt ad fidem catholicā extollendā. qꝛ cum virtus ſit de bono difficili: q̃to eſt difficilioꝛ: tanto eſt laudabilioꝛ: qꝛ iſtud arduū ad credēdum. Ideo dignificat fideꝫ credentiū ⁊ eius exaltat meritum. Ideo dicitur in canone petri myſteriū fidei. ¶ Scd̄a ratio eſt ad memoꝛiā de p̄teritis retinēdaꝫ: vt nō obliuiſcerentur tantoꝝ beneficioꝛum: quoꝝ illud ſacramentum eſt ſignum rememoꝛatiuū. Et ideo ſcribiẗ p̄ma coꝛ. xj. Hoc facite quotienſcunqꝫ ſumitis in meam ɔmemoꝛationem. ¶ Tertia ratio eſt ad ſpem de futuro ɔfirmandam: quia ſpes ꝓmiſſi boni multū ɔfirmatur per arrā. Iſtud ſacramentum eſt pignus ⁊ arra future beatitudinis. vnde non ſolum eſt ſignū rememoratiuum: ſed etiam ꝓnoſticū: ſm Diony. de celeſti hierarchia. ¶ Quarta ratio eſt ad caritatem in nobis accendēdam: qꝛ homo naturaliter inclinatur ad diligendum ſe diligenteꝫ. Et ideo xp̄s vt nos maxime incitaret ad caritatem: in h̄ ſacramento ſuam maximā dilectionē voluit demonſtrare: in quo non ſua: ſed ſemetipꝫ nobis dedit. Et iſtō ē ſacramentū qd̄ tenet eccl'iaꝫ maxime in ſctitate ⁊ puritate ſꝫ Dio.

Tertia conſideratio.

Quantum ad tertiam conſiderationē que eſt de iſtius ſacramenti ſuſceptione primo videndum eſt quot modis ſumitur. ¶ Secundo qui ſunt admittēdi. ¶ Tertio q excludēdi. ¶ Quarto quotiens ſit ſumendū. ¶ De p̄ eſt intelligenduꝫ ꝙ ſm apoſtolum ſcd̄e coꝛ. xj. poſſunt ſumi quadrupliciter. ¶ Primo ab aliquibus ſumiẗ: nec ſacramentaliter nec ſpiritualiter: ſicut illi qui ſpeciebus iſtis vtuntuẗ ſicut cōmunibus cibis ad ſacietatem ⁊ ebrietatem. de quibus dicit apoſtolus. Unus quidem eſurit: alius aūt ebrius eſt. Alij ſumunt ſacramentaliter ⁊ nō ſpiritualiter: ſicut q ſumunt cum peccato moꝛtali. de quibus dicit apoſtolus. Qui manducat ⁊ bibit indigne iudicium ⁊c. Alij ſumunt ſpiritualiter: ⁊ nō ſacramentaliter ſicut illi qui fide ⁊ deuotione ad iſtud ſacramentum flagitant exiſtētes in gratia: ſed propter aliqd̄ impedimentū non poſſunt ip̄m percipere: qbus dicit Aug. Crede ⁊ manducaſti. Alij ſumunt ſpiritualiter: ⁊ ſacramentaliter: ſicut illi qui cum debita prepatione de facto ipſum pcipiunt: de qbus idē apoſtolus ait. Probat aūt ſe ipſum homo ⁊ ſic ⁊c. ¶ De ſcd̄a pticula eſt intelligēdum ꝙ ad iſtō ſacramentum obligantur fideles ſm quadruplicem graduꝫ. ¶ Primo aliq obligantur ſolum ad credēdum ⁊ amandū: ſicut illi qui ſunt fideles: vt nullo mō poſſint habere copiaꝫ: qꝛ ſm Jherony. nemo ad impoſſibile obligatur. vnde Augu. Qui ſeruum pigrum non damnaret: ſi ea que fieri ⁊c. ¶ Scd̄o aliqui obligātur nō ſolum ad credendum ⁊ ad amanduꝫ: ſꝫ etiā ad venerandum: ſicut inter fideles ſunt qbus nō legitime impeditis in diebus dominicis ad minus vt audiant miſſam obliganẗ. ¶ Tertio aliqui obliganẗ non ſolum ad venerandum: ſed etiam ad ſumēdum. ſicut oēs homines pfecte etatis circa dominicā reſurrectionem: qꝛ eo tp̄e h̄ ſacramentum inſtitutū fuit. ¶ Quarto aliq obliganẗ nō ſoluꝫ ad venerandum ⁊ ſumendum: ſed etiam ad conficienduꝫ ſicut omnes ſacerdotes nō impediti in celebritatibus magnis. Illi. n. qui nunq̄ꝫ celebrant: tenent ocioſaꝫ digniſſimam ptāteꝫ. ¶ De tertia pticula eſt intelligendū ꝙ beatus Diony. in p̄allegato ca°. de eccl'iaſtica hierarchia ponit quatuoꝛ pſonaꝝ genera: que ab hoc ſacramento excludebanẗ in primitiua eccl'ia. ¶ Primo chatecumini: qꝛ nondū erāt renati

¶ Scd'o apoſtate: q2 in h' ſacramento fuerūt excluſi ⁊ abiecti. ¶ Tertio tēptationib⁹ vexati ¶ Quarto ab hijs qdem purgati: ſed nondū virtute pfecti. Sed remanet dubitatio: ſi miniſtrans: qualitercūq3 circa iſtud ſacramentū cū peccato mortali peccet mortalr. Dicitur q non vt diaconus aut ſubdiaconus: q2 illud iure diuino nō eſt explicite ꝓhibitum. ¶ Secundū dubiū eſt: vtrū quicunq3 indigne ſumit peccet. ¶ Dicendū q ſic: q2 illa ē expreſſa determinatio apoſtoli. Prima cor. xj. Qui mādūcat ⁊c. ¶ Tertia dubitatio ſi ꝯſecrans indigne peccet mortalr: ſemp dicitur q ſic p locum a minori: q2 plus eſt corpus chriſti conficere q̄3 ſumere. ¶ Quarta dubitatio cū ſm pijſſimas cauſas indigne celebrans ꝯmittit mortale peccatū: in quo grauius peccat in ſumendo vel ꝯſecrādo? Dicit q cū illud ꝓueniat ex irreuerentia. Et ideo cū dignus ſit ꝯficere videtur tunc magis peccare. Unde talibus dr̄ in pſalmo. Quare tu enarras iuſtitias meas: ⁊ aſſumis teſtamentū meum per os tuum? ¶ De quarta particula. ſ. quotiens ſumēdum ſit: ponūtur. 4. veritates. ¶ Prima eſt q illd' ſacramentū nō d3 in die frequēter iterari ſine neceſſitate legitima: q2 ex frequentia nimia ſolet oriri ꝯtemptus. ¶ Scd'a eſt: q ab iſta regula natiuitas dn̄i eſt excepta. ¶ Tertia eſt: q cū ſit de neceſſitate poſſunt dici alijs tpibus due miſſe. Ut qn̄ propter inopiā ſacerdotū: neceſſe habeatur vnus ad ſuiendū duabus parrochijs. Et q̄ndo aduenit magna pſona que non poteſt eſſe ſine miſſa: vt notatur. 4. ſententiar. ¶ Quarta q nunq̄3 licet iterare niſi in precedente celebratione ſe obſeruauerit a ſumptione vini ⁊ aque: q2 non ieiuno non lic3 accedere ad ſacramentum. ¶ Sed eſt dubitatio ſi quotidie ſumere euchariſtiā eſt ꝯueniēs. Dicit Auguſtinus: q q̄tidie ſumere nō laudo nec vitupero. Dicunt tn̄ doctores q ſi ex tali frequētia deuotio augeat: eſt iteranda: ſi autē minuatur eſt dimittenda. ¶ Secunda dubitatio eſt: ſi in periculo mortis d3 quilibet illud ſacramentum requirere. Dicitur q ſic. Quia illud ſacramentū eſt viaticū. In tranſitu beati Ambroſij ſic dicitur: q pducit aiam vſq3 ad vite portā. vnde bene fuit figuratū p illū panē ſubcinericiū cuius virtute ambulauit Helias q̄dragita diebus ⁊ q̄dragita noctibus. Tertio regū nono.

Quarta ꝯſideratio.

c Circa quartā ꝯſiderationē: que ē de iſtius ſacri pfectiōe. ¶ Et p̄ ſciēdū q iſtius ſacramēti ſunt. 4. priuilegia. ¶ Primū eſt de iſtius ſacramēti figura: q2 cetera ſacra noue legis ſignant directe gratiam. Iſtud h3 directe ſuā ſignificationē circa glīa3 q2 dicit Diony. Q2 ſicut notitia dinar ſcripturar eſt nobis imago future ꝯtēplatiōis in pria ita ſumptio digniſſime euchariſtie eſt imitatio illius fruitiōis btifice: qua ſatiabimur cum apparuerit glīa ei⁹. Et iō dicit ſaluator Luc. 22. Nō mādūcabo illud donec ipleat in regno dei ¶ Scd'm eſt de iſtius ſacramēti nā. Quia cum pmanentia habeāt etiā nā3 potiorē q̄3 ſucceſſiua cū tranſeāt. Iſtud aūt eſt pmanens cū tā diu pmaneat ſacramentū iſtud: q̄3 diu ſpēs durate poſſunt: vt notatur quarto ſententiarū. ¶ Tertiū eſt de ei⁹ virtute: q2 in ceteris iuenit ſacr̄m ſine re ſacramēti: vt cū qs fictus accedit Hic aūt ſemp res ſacramēti eſt cū ſacr̄o q̄3tum cūq3 fictus qs ꝯficiat: q2 vere corpus xp̄i eſt ibi vt patuit. Unde iſtud eſt ſemper verius quod efficit q̄3 quod figurat. ¶ Quartū ē de eius cauſalitate: q2 cetera ſacramēta hn̄t cauſalitatē tm̄ reſpectu vnius grē inherentis. Iſtud aūt ſacr̄m reſpectu duplicis gratie. ſ. inherētis ⁊ ſubſiſtētis: q2 duplicē ꝯferre h3 grā3: imo pfectius q̄3 alia ſacramenta. ¶ Circa bonitatē iſtius ſacramēti ſcd'o itelligēdū eſt de ei⁹ beneficio ⁊ ſunt quatuor: ¶ Primū eſt gratiar augmentatio: q2 eū requirat hoīē in grā exiſtem. Gratiā p̄ nō donat: ſed ipſā datā augmētat. Et iō dr̄ euchariſtia: q̄ſi bōa grā: q2 pficit grā3 collatā f3 Hic. ¶ Scd'm eſt gratiar ꝯſeruatio. Sicut. n. alimentū corporis h3 vitā ꝯſeruare: ita iſtud ſacramentū cū ſit cibus aie: h3 ipſā in grā ꝯſeruare que eſt vita ipſius aie. Et iō datū eſt h' ſacramentū ſub ſilitudine cibi ⁊ potus. Unde dicit xp̄s Iohis. 6. Niſi mādu: carnē filij hoīs ⁊c. ¶ Tertium eſt peccatorum remiſſio: quia habet omnia peccata venialia delere: ſicut aggrauare mortalia quando inuenit ea vt notat quarto ſententiarum. Et ideo ſaluator inſtituens h' ſacramentū: poſt formam conſecratiōis addidit. In remiſſionem peccatorum. ¶ Quartum eſt premiorum promiſſio que ſaluator Ioannis. 5. certitudinaliter promiſit. Qui manducat meam carnem. ⁊c. ¶ Circa h' ſacr̄m nota q eius ſunt. 5. ſapores ¶ Primus eſt ſapor puritatis ex pexiſtentiū

limpiditate. Impuritatis.n.ſapor ab aliquo impuro reſoluitur. Unde ſi conſiderentur oia principia h corpus pficientia: inuenitur in ipo ſapor puritatis. Materia.n.huius corporis fuit puriſſimus ſanguis vteri virginalis: virtus in eo diffuſa ē virtus altiſſimi. Luc.p. Efficiens ipſuʒ eſt ſpūs ſctūs. Aſſumēs h corpus filius altiſſimi aia de nouo a manibus trinitatis creata ⁊ puritati corpori diffuſa. Quid.n.ipuritatis in h corpore cōicari poterit? Prorſus nihil. Hʒ.n.puriſſimuʒ ex oi parte ſaporē: ſi puris faucibus deguſtetur.

¶ Scdo hʒ ſaporem dulcedinis ex ſanguine. Māle.n.eſt ꝙ ois ſanguis dulcis eſt ſaporis. Quanto igit putas dulcedis eſt ſanguis ſacramēti huius: q a tā dulci fonte manauit: ⁊ a tam dulcis fontis hauriēte i taʒ dulce vas ē trāſfuſus. Fons.n.huius ſacramēti eſt ſanguis ꝯtentus i viſceribus glōſe virgis. hauriens eſt ſpūs ſancti vas in qd trāſfundit corpus dñicuʒ eſt: ex q etiaʒ manat in ſacramētuʒ: ⁊ ex ſacramēto in corda fideliuʒ: que oia nihil hñt amaritudis admixtuʒ. vnde ſpōſa de fructu arboris crucis loquēs dicit. Canti.2. Sub vmbra illius quem deſiderabā ſedi: ⁊ fructus eius dulcis ⁊c. Et hoc dicit pp ſanguinem de cruce ſtillantem.

¶ Tertio h ſacramentū hʒ ſaporem aromaticum ex aia que oibus virtutibus ⁊ eſt ⁊ erit pleniſſima ſemp. Unde d ortu deliciaꝝ dr cāt.4. Ueni auſter pfla or:me.⁊c. Per aromata ſignatur ſpūs ſcti aſpiratio: altiſſimaʒ caritatem: ⁊ deuotionē humidam pietatis ꝯſolatiōe reſoluens: ⁊ ſpirate faciens ortum iſtum vt aromaticus eius ſapor in omnem eccleſiaʒ diffundat.

¶ Quarto habet ſaporem gratioſum ex deitate: Joannis p. Uidimus gloriam eius plenū gratia ⁊ veritate. Hic ſapor pfertur omnibus delectationibus. Hic eſt delectabilis ſapor ⁊ ſufficiens oi deſiderio: ſi ꝯpleat delectat aiaʒ.

¶ Quinto habet ſaporem celeſtem ex vnione deitatis. Ex quo habet ſaporem inuſitatum in terris: qui eſt ſapor celeſtium gaudioꝝ: quem chriſtus digne guſtantibus hoc ſacramentum infundit: ⁊ hic eſt ſapor vite eterne. De quo pverbi. vltimo. Guſtauit ⁊ vidit qꝛ bona ē ⁊c. Hec eniʒ eſt vinea engaddi. gaudiuʒ eternuʒ inferens guſtu ⁊ ſaporeʒ eternorum bonoruʒ

